

FRANCI-
SCI HOTOMANI
IVRISCONSULTI CLARISSI-
MI, Partitiones Iuris ciuilis
elementariæ.



Τῆς ἐπιμελείας δέλλα ωράτη γίνεται.

BASILEAE, APVD NI-
colaum Episcopium Iuniorem,
M. D. LX.



06.6.11.3327

ILLVSTRISSIMO

AC POTENTISSIMO PRIN
cipi ac Domino, D. Vilhelmo Land-
grauio Hassiae, Comiti in Catzeneln-
bogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda,
domino suo clementissimo Franc.

Hotomanus Iuriscons.

S. P. D.

Bona existimatio præclara
quædam res est, Vilhelme
Princeps illustrissime: cum
apud omnes mortales, tum
uerò uel maxime apud Principes uiros:
sed in primis, si qui sunt, quorum uirtutes
eximiae laudem & gloriam apud bonos
& sapientes adeptæ sunt. Itaq; præclare
mecum actum, fortunatumq; me esse iu-
dico, quod immortali beneficio Dei Opt.
Max. bona existimatio mihi apud te
quaesita sit: Principem non tantum gene-
& familiæ dignitate, uerum etiā omni

A 2 uirtutum

P R A E F A T I O.

uirtutum genere inter optimos & sapientissimos quosq; præcellentem. Cum enim me ad Marpurgensis Academiæ tuae celeberrimæ fug gestum tam benignè ac liberaliter iterum iam inuites, cuiusmodi Celsitudinis tuae iudicium sit de me, facile perspicio: mihiq; & gaudeo & gratulor, cum meos in hac studiorum assiduitate per tot iam annos exantlatos labores, non prorsus inanes atq; infructuosos esse animaduerto. nam mihi quidem fructus homini studioſo uidetur esse uel iucundissimus uidere suam industriam tanto Principi charam & acceptam esse. Quapropter cum ingratiani animi esse putarem, tantum ab illustrissima Celsitudine tua acceptum beneficium silere statui hoc munuscum ex bibliotheca mea depromptum Clementiæ tuae offerre: testimonium ac monumentum meæ erga te perpetua ac singularis

P R A E F A T I O.

gularis obseruantiae: quam, ut spero omni-
bus in rebus tibi deditam ac paratam co-
gnoscet. Bene uale Princeps illustrissime,
Deus Celsitudinem tuam pro sua singu-
lari benevolentia perpetuo gubernet.

Argentorati XV. Cal. April.

M. D. L X.

SUMMARIA EORVM QVAE IN
his I. C. Partitionibus tractan-
tur, tabula.

A ctionū prima di- uisio. fol. 177	De curatōribus. 31
Actionum secunda diui- sio. 182	De dāno iniuria dato. 158
Actionum III. diuisio. 189	De donationibus. 47
Actionum quarta diui- sio. 200	De exceptionibus. 209
De actionibus. 164	De fideicommīssis. 86
De actionibus noxalibus. 207	De hēreditibus instituen- dis. 56
De adoptione. 20	De hēreditatibus legiti- mis. 93
De arbitrarij actionibus. 196	De hēreditatibus libero- rum. 98
De bone fidei actio. 191	De iniurijs. 160
De bonorum possēptioni- bus. 101	De infirmatione testamen- torum. 72
De codicillis. 92	De interdictis. 166
De quasi Contractu. 143	De Iuris definitione & di- uisione. 2
De contractibus. 110	De Iure personarum. 8
De contractibus innomi- natis. 145	De Iure Quiritium. 44
De correis stipulandi & promittendi. 122	De Iure uxorum. 19
	Delegatis. 77
	De literarum obligationi- bus. 127
	De

<i>De locatione & condu-</i>		<i>De peculio.</i>	50
<i>ctione.</i>	132	<i>De perpetuis actionibus</i>	
<i>De mandato.</i>	140	<i>& temp.</i>	201
<i>De obligationibus.</i>	107	<i>Personarum I. diuīsio.</i>	8
<i>De obligationibus ex con-</i>		<i>Personarum secunda diuī-</i>	
<i>sensu.</i>	128	<i>sio.</i>	13
<i>De obligationibus dissol-</i>		<i>De rapina.</i>	156
<i>uendis.</i>	148	<i>De ritu testamentorū.</i>	59
<i>De obligationibus ex de-</i>		<i>De rebus per uniuersita-</i>	
<i>licto.</i>	151	<i>tem acquirendis.</i>	52
<i>De obligationibus quasi</i>		<i>De rebus & earū acquir.</i>	
<i>ex delicto.</i>	162	<i>modis.</i>	35
<i>De obligationib. filiorum</i>		<i>De replicationibus.</i>	213
<i>fa. & seruorū.</i>	202	<i>De satisficationibus.</i>	176
<i>De officio iudicis.</i>	213	<i>De seruitutibus.</i>	41
<i>Operis huius partitio.</i>	8	<i>De societate.</i>	134
<i>De partib. hæreditatis</i>	54	<i>De sponsalibus.</i>	18
<i>De patriæ potestatis disso-</i>		<i>De stipulationibus.</i>	67
<i>lutione.</i>	23	<i>De substitutionib.</i>	67
<i>De pauperic quadrupē-</i>		<i>De testamentis.</i>	53
<i>dum.</i>	208	<i>De tutelis.</i>	26

F I N I S.

F R A N C I -
S C I H O T O M A N I
I V R I S C O N S U L T I P A R T I -
t i o n e s I u r i s c i u l i s e l e -
m e n t a r i æ .

Auditor.



Æ penumero ex te au-
diui, cū diceres, ne qua-
quam satis magnam iu-
uentutis habitā esse ra-
tionē ab ijs, qui libros
Iuris, qui nunc extant,
conscripterunt: tibiq; uehementer dole-
re, ueterum Iurisconsultorum institutio-
nes omnes interiisse, in quibus non du-
bitares, quin ordinem ac partitionem
quandam rerum ad eorum ingenia, qui
nostro ciuili lufe initiarētur, accommo-
datum secuti essent. Quare peto abs te,
ut mihi luxis elementa ordine, & perspi-
a cua

cua quadam ratione exponas, quod te post tam multas Ciceronis Orationes explicatas, & mediocrem antiquitatum Romanarum cognitionē facturum promisisti.

Iuris consultus:

Romisi sanē, mihiq; nihil potest optatius accidere, quām isto ingenio adolescentē nancisci, cui quæ diuturno labore propter confusam librorum nostrorum tractationem difficillimē sum consecutus, ea summatim, ordine, ac uia quādam certa cōmonstrem. Age ergo, meq; quibus de rebus uoles interrogato.

De Iuris definitione & diuisione.

Quid est Ius? Est equitas inter eos constituta, inter quos aliqua cōmunio est: neq; enim aut communio sine Iure, aut sine cōmunione Ius esse potest. Itaq; & Herculē Argonautæ, quod remigate nollet, expulerunt: & cūm nulla inter Cyclopes esset communio, nullum quoq; Ius ab ijs cultum fuisse poetæ tradiderunt. Eius autem equitatis cognitio

gio, quam Iuris consulti profitentur, Iuris prudentia nominatur.

Quis est finis Iuris? Iustitia: siue, ut Ius cuiq; suū sistatur, id est, pariter æquabiliterq; tribuatur.

Quotuplex est Ius: Triplex: Naturale, Gentium & Ciuale.

Quid est Ius naturæ? Est id quod nō hominum ingenij excogitatum, sed uī quadam innata cuiusc; hominis menti insitum atq; ingeneratum est: ut religio, pietas, vindicatio, matrimonium, libero rum procreatio, & educatio.

Quid est Ius gentium? Est id quod pleræq; gentes communī quadam ratione & intelligentia, societatis humanæ tuendæ & conseruandæ caussa, compararunt: ueluti pondus, numerus, mensura: Item artes ac disciplinæ omnes: Item ut legatorum corpora sint sacrosancta, ut bello capti serui fiant uictorum, ut fides in rebus contrahendis data seruet.

Quid est Ius ciuale? Est æquitas ijs propriè constituta, qui eiusdem sunt ciuitatis, ad res suas obtinendas: ut Cic. in Topicis definit.

Quis est eius finis? Legitimæ atque usitatæ, in rebus caussisq; ciuium æqualitatis conseruatio: ut idem Cicero in lib. De oratore primo demonstrat.

Quid igitur inter illa tria differentiæ est? Ius naturæ non excogitatum est, sed innatum: Ius gentium non innatum, sed à Gentibus excogitatum est: Ciuite similiter excogitatum, sed ab una dunata xat ciuitate, à qua eadem sola receptum & comprobatum est.

Eccius tandem Iuris disciplina constituta est: Vniuersiusq;: nam cùm ciuitas nulla sit, quin partim naturæ, partim Gentium, partim etiam suo ac proprio Iure utatur, sæpen numero usu uenit, ut cuiusq; ratio ambigua & obscura sit.

Quotuplex est Ius ciuile? Duplex, Scriptum & Non scriptum.

Quid est Ius scriptum? Quod legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, magistratum edictis, Iurisconsultorum auctoritate, Imperatorum constitutionibus constat.

Quid est Ius ciuile non scriptum? Quod in consuetudine rebusq; iudicatis

tis positum est. neq; enim ei Iuri, quod sua sponte populus utendo comprobauit, minus auctoritatis quam ei quod suffragio & tabella rogatu alterius sciuit, debetur.

Quid est Lex? Ius quod populus R. comitijs uel Centuriatis, uel Tributis, uel Curiatis, uno aliquo è magistratib. maioribus rogante, nimirum Prætore, Consule, Dictatore, Interrege, constituebat.

Quid est Plebiscitū? Ius quod plebs R. Tribuno pleb.rogante, Tributis tantum comitijs constituebat, unde triplex inter legem & plebiscitum differentia intelligitur.

Quid est Senatusconsultum? Est Ius quod Senatus Romanus legitimo loco ac numero, nullo Tribuno pleb. intercede dēte, aliquo è maioribus magistratibus referente, constituebat.

Quæ sunt edicta magistratuū? Quæcum Prætores urbani, tum Aediles curules, antequam magistratum inirent, conscribebant: & in albo, id est tabula dealbata palam proponebant, ut quomodo

6 I. C. PARTIT.

anno suo Ius dicturi essent, cuiuis intellegere liceret: potestas enim ijs dabatur Ius eo anno arbitratu suo dicendi. Id autem Ius uulgo Honorarium appellabatur: quoniam illis temporibus ex ijs qui honores, id est magistratus gerebant, ij soli Ius dicebant.

Quid est Iurisconsultorum auctoritas? Ius quod prudentes viri, qui olim fiducia ingenij cōsilijs sui sese sua sponte Iurisconsultos professi erant: uel post Augusti Cæsaris institutum, ab Imperatore potestatem de Iure respondendi acceperant, consulentib. tradebant. Iudicibus em ad quos ea respōsa deferebant, discedere ab eorū prescripto nō licebat.

Quæ sunt Principū constitutiones? Ius quod Imperatores Romani occupata Repub. uel rescriptis, uel decretis, uel edictis constituebant.

Quæ sunt rescripta? Quib. Principes uel ad libellos presentiū, uel ad magistratuū absentiū cōsultationes respōdebāt.

Quæ sunt decreta? Sententiæ quas principes caussa cognita, & utraq; parte audita pronunciabant.

Quæ

Quæ sunt edicta Principum? Quibus ijdem non de certa quadam controuersia, sed de Iure aliquo nouo bene, de Republica sentientes, quasi nouam aliquam legem constituebant.

Dixisti finem Iuris esse Iustitiam: quam igitur via & progressione ad eum finem peruenire possumus? Iudicij, quoniam ijs nolentes & repugnantes ciues ad æquabilitatem rediguntur. Vim uolumus extingui? (inquit Cicero in ea pro Sextio) Ius ualeat necesse est: id est, iudicia quibus omne Ius continetur.

Quid appellas iudicia? Decreta eorum qui pro potestate quam à lege accepunt, causa cognita de re ad se delata sententiam pronunciarunt.

Quot sunt genera Iudiciorū? Duo, Priuatum & publicum.

Quid est iudicium priuatum? Est id quod rei priuatæ causa institutum est, neq; ad rem pub. directò pertinet: ueluti cum de re pecuniaria, aut priuati hominis iniuria queritur.

Quid est publicū iudicium? Est id qd eius iniuriæ causa suscepimus, quam

S I. C. P A R T I T.

Respub. lege aliqua lata, ad se pertinere statuit, & semper in criminē aliquo cognoscendo uersatur.

Partitio huius operis.

Quoniam priuata iudicia quotidiana sunt, & frequentius exercentur, priore loco de ijs differamus. Quot sunt eorū partes? Tres, Primū enim sint litigatores necesse est: deinde cauſas propter quas litigetur: hoc est, res & obligationes: postremò disceptatores atque iudices. Itaq; recte quis dixerit, Ius ciuile tripartitum esse, positumq; in personis litigatorum, cauſis litium, id est, rebus & obligationibus: postremò in actionibus, id est, uia & ratione litigandi disceptandiq; controuersias: ut prima sit cauſa efficiens, altera cauſa sine qua non: tertia forma. nam finis (ut paulo ante docuimus) est Iustitia, siue, ut suum cuiq; tribuatur.

De Iure personarum.

Quotplex personarum diuisio est? Multiplex. Sed una est summa, & prima, quæ bipartita est: ut alij liberi

beri, aliij serui dicantur.

Qui dicuntur liberis? Quibus Ius est arbitrio suo uiuere, quatenus lege aut instituto permisum est. nam (ut in Cluentiana Cicero testatur) idcirco omnes legū serui sumus, ut liberi esse possimus.

Qui dicuntur serui? Quibus aut Gentium, aut Ciuii lure libertas arbitrio suo uiuendi adempta est. nam (ut ait idem in Paradoxis) Seruitus est obedientia fracti animi arbitrio parentis suo.

Qui sunt serui lure Gentium? Qui uel bello capti sunt, uel ex bello captis prognati.

Qui sunt serui lure Ciuii? Quibus proprio aliquo ciuitatis instituto libertas adempta est: ueluti si quis ciuis in iustro condendo census non esset: uel cum exercitus conscriberetur, ad delatum non respondisset: qui annis uirginitati quinq; maior ad precium participandum uendi se passus esset.

Ecquenam liberorum divisio est? Eab bipartita est: aliij nanc; ingenui, aliij liberti, siue libertini dicuntur.

a s Qui

Qui sunt ingenui? Qui ex matre aliquo grauiditatis tempore libera, siue illa ex marito, siue ex alio conceperit, pro creati sunt. nam libertas uno tantum instantium trium temporum sufficit, conceptionis, grauiditatis, aut partus. Agnoscebantur autem ingenui tum pueri, tum puellæ, ex bulla aurea quæ ex collo Ihsus appendebatur: & toga purpura praetexta, qua usque ad annum X V I I. ornabantur.

Qui sunt liberti? Quos domini ex iusta seruitute soluerunt, ac manumisierunt. unde etiam illorum patroni, quasi patres, qui à morte in uitam illos reuocarint, appellabantur.

Quot sunt libertorum genera? Olim tria fuere. nam alijs ciues Romani, alijs Latinij Iuniani, alijs Dedititiorum numero extant.

Qui liberti ciues Romani erant? Qui uel censu, uel uindicta, uel testamento manumissi erant. Itaque Cicero in Topicis sic disputat: Si nec censu, nec uindicta, nec testamento liber factus est, non est liber, nec est ulla earum rerum. non est igitur liber.

Qui

Qui dicūtur manumitti censu? Qui eo iustro quod Censores quinto quoque anno agebant, dominorum iussu inter ciues Romanos censum, id est, facultatum suarū estimationem profitebantur.

Qui dicuntur vindicta manumitti? Quorū capiti Lictor Prætoris iussu vindictam, id est, uirgam imponebat: cum dominus manus seruum tenens, sic dicebat: Hunc hominem liberum esse uolo, & emittebat eum manu.

Qui testamento manumitti dicebantur? Quos dominus in testamento uel directo liberos esse iusserat, qua de causa Orcini liberti uocabantur, quasi nullius uiuētis: sed Orci & inferorum liberti essent: uel, ut ab hærede manumitteretur rogarat.

Qui liberti Latini Iuniani dicebantur? Qui alio modo quam censu, vindicta, testamento manumissi essent: ueluti in conuiuio, per epistolam, inter amicos: nam lex Iunia Norbana eos non ciues Romanos esse uoluit, sed eodem iure quo Latini coloni.

Quinam Latini coloni erant. Qui quon-

quondam ex Romana ciuitate in Latium partim sua spōte, partim legis multa proficiscebantur. Nam illi Iuris Quiritium expertes erant, ueluti conntubij, agnatum, haereditatum, tutelarum, mancipij, nexus.

Qui liberti dedititiorū numero fuerunt? Lex Ælia Sentia cōstituit, ut qui pœnæ caussa uincti, quibusue stigmata inusta fuissent, qui propter noxam torti, nocentesue inuenti essent, qui ue traditi fuerant, ut ferro, aut cum bestijs depugnarent, uel in custodiam coniecti fuerant, dedititorum numero ac iure habentur.

Quosnam dedititios appellas? Qui quondam in Latio cum Populo R. bellum gerentes, ei se dediderant: nam & commercio & connubio & reliquo iure sic multabantur, ut non longe à seruorum conditione abessent, neq; unquam ciuitatem Romanam adipisci poterant.

Licebatne cuiuis domino seruos suos, & quos uellet, & quo numero uellet, manumittere? Nequaquam, nam ei qui soluendo non erat, manumittere non licet,

bat, nisi seruum unum, quem sibi hæredem, uel cum adiectione, uel sine metio ne libertatis, institueret. Præterea minor annis uiginti manumittere, nisi caussa cōfilio probata, non poterat.

Quid de numero constitutum erat? Lex Fusia Caninia statuit, ut à duobus seruis usq; ad decem testamento manumittere liceret, partem dimidiā: à decem usq; ad triginta, tertiam: à triginta usque ad centum, quartam: à centum usque ad quingentos, quintam: nec ulli amplius quam cētum manumittere liceret, nam antea nonnulli testamento suo uniuersam familiam manumittebant.

Hactenus primam personarum diuisionem explicasti, quænam est secunda? Secūda bipartita est eodem modo, nam alij sui, alij alieni iuris esse dicuntur.

Quinam sunt sui iuris? Romani ciues, familiarū suarum principes, qui patresfamiliās appellantur.

Secunda personarum diuiso.

QVINAM sunt alieni Iuris? Serui, & filijfa, nam domini in seruos iure Gentium infinitam potestatem habent,

bent, nimirum uitæ & necis. Sed Iure ci-
uili, & præsertim Antonini Cæsaris edi-
cto cautum est, ne dominis maior in ser-
uorum suorum quam in alienorum uitam
potestas esset: & ut qui seruum suum præ-
ter modum uexaret, is per magistratum
bonis conditionibus eum uendere co-
geretur.

Quænam in filiosfa. potestas erat: Ro-
mulus maiore in eos quam in seruos po-
testatem constituit. non enim ius uitæ ac
necis tantum patribus dedit, sed etiam ter
eos uendendi potestatē: uerum post ter-
ram uenditionē manumissi, nō amplius
in parentū potestatē recidebant, in ma-
triū autem potestate liberi non erant.

Quos igitur filiosfa. appellas? Qui
uel ex iusto matrimonio procreati sunt,
(nam alij S P. id est sine pâtre, & spurijs
nominantur) uel pro eo ac si nati sic es-
sent, habentur, & in eum locum adop-
tantur.

De nuptijs.

QUod est iustū matrimoniu? Quod
inter eos contractum est, qui pu-
beres fuerunt, & ius cōnubij, parētumq;
con-

consensum, siquidem in eorum erant po-
testate, habuerunt.

Qui puberes dicuntur? Mares qui-
dem anno ætatis **XIIII.** fœminæ **XII.**
quia natura comparatum est, ut ea fere
ætate, quæ tertius ætatis gradus nume-
ratur, pubescant. Itaque antea pueros
quasi puros, & impuberes nominari,
Varro testatur.

Quot in gradus ætatem hominis di-
stribuis? In quinque, quorum primus est
Infantia, usque ad annum septimum: alter
Pueritia, usque ad decimū quartum: à quo
Pubertas incipit, quæ anno demum de-
cimo octavo plena esse dicitur: unde A-
dolescentiæ ordinur, qui tertius gradus
est, usque ad tertium septenniū: hoc est an-
num uigesimum quintū. Quartus est Iu-
uentus, quæ alterum tantum ætatis spa-
tium complectitur, nimirum usque ad an-
num quinquagesimum. Quintus est Se-
nectus, cuius initiū illi anno attributum
Cicero in Catone Maiore testatur.

Quid est connubiū? Ius matrimonij
inter eos contrahendi, qui neque serui,
neque peregrini sunt, neque aut intra certos
cogna-

cognitionis, aut affinitatis gradus continentur, de quibus nondum differendi tempus est: tāet si hēc interea pīngui Minerua non incommodē tradi possint.

Quæ cognatio connubium tollit? Cognatio duplex est. altera liberorum, altera propinquorum: inter parentes & liberos infinite cōnubium interdictum est, inter propinquos uero nequaquam.

Quæ cognatio propinquorū nuptias prohibet? Quæ cum fratre, aut sorore eorū me liberis ac posteris intercedit. nam illi nimia sanguinis communionē sunt coniuncti: hi liberorum quodammodo locum ac numerum propter reue rentiam obtinent, & regula hēc obser uatur: Cuius filiam uxorem ducere non licet, eius nec neptem permittitur.

Quos fratres intelligis? Duo sunt eorū genera. nam alijs consanguinei sunt qui ex eodem patre natī sunt, quamuis non ex eadem matre: alijs uterini, qui ex eadem matre tantūm geniti sunt. quod idem & de sorore intelligendum est.

Quid: nullasne alias mihi de cognitione leges tradis? Nullas omnino. nam qui

qui de liberis, idem de parentibus: qui de fratriis aut sororis liberis, idem de patruis, amitis, auunculis, materteris, magnis, maioribus, maximis, eadem opera loquitur.

Ergo quemadmodum illi quasi liberorum, sic hi quasi parentū locum ac numerum obtinent: Ita est. qui enim fratriis filiam negat uxore duci posse, idem patruo negat eam licere nubere: qui sororis filiam auunculo.

Qui dicuntur affines: Qui uxorem ducit, eius cognatis affinis est propriet: quippe qui ad eorum fines accessit. illi tamen uicissim affines ei dicuntur. Itaque affines sunt, & qui aliorum cognatā habent in matrimonio, & quorum propin quam alter uxorem duxit.

Quorum affinūm nuptiæ interdictæ sunt: Eadem affinitatis quæ cognationis ratio est. Itaque qui quasi parentum & liberorū locum obtinent, coniungi non possunt: uelutī uitricus cū priuigna, nouerca cum priuigno, sacer cum nuru, so crus cum genero, & infinitè eodem ordine.

b

Quo-



Quorum præterea nuptiæ prohiben-
tur: Leuiri primum & Gloris, deinde
quæ cum patruis, aunculisi: qui cum a-
mitis, & materteris matrimonium con-
traxerunt.

Quid de compriuignis cœses, hoc est
de ijs quorum parentes alterū matrimo-
nium contraxerunt: Nuptiæ inter eos
etiam post natos ex nouo parentum suo
rum matrimonio liberos, recte contra-
huntur, quippe cum affines non sint.

De sponsalibus.

Quoniam de nuptijs dixisti, quam-
uis extra ordinem, tamen de spon-
salibus aliquid audire cupio. Quæ sunt
sponsalia: Mutua repromissio futura-
rum nuptiarum, inter quos Iure ciuilis li-
cet facta.

Inter quos igit̄ ea Iure contrahuntur:
Inter eos demū, inter quos & nuptiæ: ni-
si quod impuberis, modò septem annis
maiores sint, sponsalia recte cōtrahunt.

Quomodo contrahuntur: Olim stipu-
lanti adolescentis patri puellæ pater
filiam spondebat, & uicissim stipulanti
puellæ patri, alter filium despondebat:
indeq;

Inde quod nomen hoc inueniunt: post uero
sola testatio fuit necessaria.

Quænam est obligatio sponsaliorum? Nulla. Itaque sponsalibus renuntiare, his
permittitur uerbis: Conditione tua non
utor. sed si munuscula quædam data sint
(quæ uulgo sponsalitiæ largitiones ap-
pellantur) siquidem is qui dedit, renun-
tiet, datum amittit: si is qui accepit, alte-
rum tantum præstare cogitur.

De Iure uxorum.

Age quoniam sponsalia & nuptias
celebrauimus, audire cupio de u-
xorū Iure, nam hoc quoque ad Iuris per-
sonarum explicationē pertinet. Quot
sunt uxorum genera? Olim duo fuerunt:
aliæ nanque matres fam. aliæ matronæ
dicebantur.

Quænam erant matresfa? Quæ per
coemptionem in viri manum conuenie-
bant: nam cum sese inter se dicis caussa
coemissent, vir mulierē interrogabat, an
sibi materfa esse uellet, uicissimque hæc ui-
rum, an sibi paterfa esse uellet. ita in ma-
num ac potestatem mariti transibant, &
alter alteri suus hæres erat.

b 2

Quæ

Quæ matronæ dicebantur? Quæ tutoriis auctoribus annum unum cum aliquo consuecebant: nisi enim ante finem anni usurpatum issent, id est discessissent, pro usucaptis habebatur: interea neq; hæc in mariti manu erat, &, si intestata moreretur, agnatus eius proximus hæres fiebat.

Quid sequitur nunc? Ut de altero genere filiorum fa. differamus: hoc est eorum, qui per adoptionem in potestatem nostram asciscuntur.

De adoptione.

Quid est adoptio? Est actio legitima, per quam extraneus in alienam familiam iusq; filijfa. suscipitur: adeo ut qui quēpiam adoptat, eius quoq; filiosfa. tum naturales, tum adoptiuos, adoptare intelligatur.

Quod est lus adoptionis? Olim positum erat in hæreditate nominis, patrimonij, & sacrorum.

Quod fuit lus nominis? Ut adoptatus prænomine, nomine, & cognomine adoptatis uteretur: suum autem nomen ita retineret, ut illud una syllaba produceret:

ceret: ueluti C. Octauius, postea quam à Cæsare adoptatus est, uocatus est C. Iulius Cæsar Octauianus.

Quod fuit Ius patrimonij? Ut adoptatus æquè ac si ex adoptatore legitime natus esset, ei uel solus, uel cum alijs succederet: naturalis enim familiæ Ius omnem olim amittebat. Sed Iustinianus id demum permisit, cùm aut nepos, aut pronepos ab auo proauoue adoptaretur.

Quod fuit Ius sacrorum? Romæ unaquæcumq; familia sacra quædam priuata, & suæ gètis propria domi apud deos penates faciebat: qui uero pecuniæ, idem sacrorum hæres erat.

Quotuplex est adoptio? Duplex, una quæ per Prætorem fiebat, quæ propriè adoptatio uocabatur: altera quæ olim per populum, postea per Cæsarē fieri cœpit, quæ uocabatur arrogatio.

Quomodo fiebat adoptatio? Pater filium factum adoptatori mancipabat, id est uendebat apud Prætorem: deinde alter eum uindicabat, pater cedebat, Prætor addicebat.

Quis erat arrogationis modus? Cum
is qui sui iuris erat, in alienam potesta-
tem sese tradebat, eiusque rei ipse auctor
fiebat.

Vnde arrogatio dicta est? Qui à Co-
mitijs Curiatis, populus his rogabatur
uerbis: Velitis, iubeatis Quirites, uti L.
Valerius L. Titio tam Iure legeque filius
siet, quam si ex eo patre, matreque fam. e-
ius natus esset: utique ei uitæ necisq[ue]
in eum potestas fiet, uti patri endo fi-
lio est. hoc ita ut dixi, ita uos Quirites
rogo.

Qotuplex inter utramque differentia
est: Triplex. nam illa filiorum fam. erat
propria, haec eorum qui sui iuris erant:
illa apud Prætorem in iure, haec comitijs
Curiatis fiebat: illa cuiusvis sexus & æta-
tis, haec marium tantum & puberū pro-
pria erat.

Licebatne cuiuis arbitratu suo quem
uellet adoptare? Cum adoptio imi-
tatio sit naturæ, quoad fieri potest, ad
eius exemplum reuocanda est: itaque
nec spado, nec nisi qui plena puber-
tate, id est decem & octo annis maior
est,

est, adoptare potest.

Quid Iuris est de fœminis? Cùm eç naturales liberos in potestate non habeant, quomodo adoptare possent; nisi forte principis indulgentia ad solatium liberorum amissorum id eis permittatur.

An nō in alterum quam in filij locum adoptare licet? Imò: nam avus & nepotem ex emācipato, id est extra familiam electo filio, in primum gradum: & extra neum in secundum recte consentiente filiofa. adoptat: nepotem uero ex filiofa. etiam sine patris consensu potest in adoptionem tradere.

Adhuc docuisti quibus modis patria potestas acquireretur: nimirum iusto matrimonio, & adoptione. nunc studio ex te audire, quot & quibus modis dissoluatur? Duobus: Morte, & Capitis diminutione.

De patrie potestatis dissolutione.

Quomodo morte patria potestas dissoluitur? Cum paterfa. moritur, filius quidem sui Iuris efficitur: sed nepos ex eo filiofam. in patris sui potestatem cadit: quod si filiusfam. mortuus

sit, nepos sui Iuris efficitur.

Quid est capitinis diminutio? Est ademptio Iuris eius, quod quis uel ex libertate, uel ex ciuitate, uel ex agnatione proprium habebat: unde triplex esse dicitur, maxima, media, & minima.

Quænam est maxima capitinis diminutio? Cum quis simul & libertatem & ciuitatem amittit: ueluti si uel pater, uel filius ab hostibus captus apud eos moratur: nam si redierit, habetur eodem Iure, ac si semper in ciuitate manisset, propter Ius quod postliminium appellatur.

Quid est postliminiū? Est Ius quadam inter liberos populos, foederatos & reges constitutum, ut qui bello captus certis modis in ciuitate redierit, pristina omnia sua Iura recuperet.

Quæ est media capitinis diminutio? Cum ciuitas quidem amittitur, libertas uero retinetur. quod olim per aquæ & ignis interdictionem accidebat, & postea per deportationem, quæ in ipsius locum successit.

Quæ fuit aquæ & ignis interdictio?
Cum

Cum ijs qui exilio damnandi uiderentur, nō nominatim ciuitas adimebatur, sed usu aquæ & ignis (quæ duo degēdæ uitæ symbola sunt) interdicebatur. nam et si non nominatim, re tamen ipsa tacitè exilium inferebatur: adempta ope illa, sine qua uiui non potest.

Quæ fuit deportatio? Cum illo more sublato, damnatus in nauim aliquā imponeretur, & seruis publicis ut eū in solas terras, id est, solitudinem aliquam de portarent, traderetur.

Quæ est minima capitis diminutio? Cum & ciuitas & libertas retinetur: sed ius agnationis amittitur: id est Ius illud, quod inter eos qui per virilem sexū cognati sunt, institutum est.

Quomodo Ius agnationis amittitur? Per emancipationem: id est, imaginariā liberorum uenditionem, quæ ad similitudinem eius excogitata est, quam olim Romulus instituerat. Nam is cauerat, ut si pater filium ter emancipasset, id est, uenire didisset, filiam autem semel: iij sui iuris efficerentur. postea uero ad speciem atq; usurpationem uetus statis institutum est,

ut pater apud Prætorem alicui cuius fidem sequebatur, & qui ob eam caussam Fiduciarius pater dicebatur, filium suū dicens caussa ter, filiam semel uendēs, eos hac ratione de manu ac potestate sua dimitteret. sed Iustiniani instituto patres sola testatione hoc faciebant, & solam Græcorum consuetudinem in abdicatione usurpabant.

Quid? Annon etiam populus Ro. uti abdicatione solebat: cum eius tā frequens apud Quintilianum mentio sit? Non. Quintilianus enim exempla puerilium exercitationum ex Græcorum scholis profert. Græci autem per præconem palā pronuntiari iubebant, se suos liberos ē familia sua ejcere: unde ἀπατᾶμεν & ἀποκρύπτειν, & ἐκκρύπτειν dicebāt.

Hactenus secundam personarum divisionem explicasti, quænam est tertia? Ea bipartita est: nam eorum qui sunt sui Iuris aliij in tutela, aliij in curatione sunt, aliij neutro Iure tenentur.

De tutelis.

Quid est tutela? Est uis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, eam-

eamque, qui, quaeue per ætatem consilijs
ue in firmitatem se defendere nequit, iuris
re ciuili data ac permissa. Indeque Tutores
appellatur, qui eam uim ac potestatem
habent.

Ecquānam tutelæ subiectiuntur? Pri-
mum impuberes: deinde olim fœminæ
quoque omnes, quæ quidem matres factas
essent, in perpetua tutela esse solebant.

Quānam est illa uis ac potestas tuto-
rum? Ut pupilli nihil sine ipsorum au-
ctoritate gerere possint: ac ne hæredita-
tē quidē quamuis fructuosam adire, tam
etsi obligare sibi alios possint, obligari
ipſi per ſe non possint.

Quomodo ea auctoritas interponen-
da eſt? Necesse eſt eam & à tuteſe præ-
ſente, & in ipſo gerendo negotio inter-
poni. alioqui nec antecedens, nec ſubſe-
quēs tut. auctoritas ullius momēti eſt.

Quid ſi plures ſint tutores? Si admi-
nistratio communis eſt, unius ſufficit au-
ctoritas: ſin autem uel rebus, uel regioni-
bus diuisa eſt, ſingulorum auctoritas in
ſua quaque parte, uel regiōe neceſſaria eſt.

Quot ſunt tutorū gñra? Tria: ſunt enim
testa-

testamentarij legítimi, & moribus inducti.

Qui sunt testamentarij? Quos pater
fa. impuberi filiofa. itemq; nepoti, quem
tamen non patris, sed suæ potestati reli-
cturus est, in suo testamento constituit.
quòd si emancipato dederit, à Prætore
confirmandus erit.

Qui testamēto tutores dari possunt?
Non tantū patresfa. sed & filijfa. & ser-
ui, tū proprij, tum alieni: ita tamen si pro-
rium testator liberum esse non putet,
alienum autem cum liber erit, tutelā su-
scipere iubeat.

Qui sunt tutores legítimi? Legítima-
rum tutelarū tria sunt genera. nam aliæ
sunt agnatorum, aliæ patronorum, aliæ
parentum.

Quæ est tutela legítima agnatorum?
Si testamento tutor datus non est. Lex
xii tabularum ad agnatos proximos,
(id est eos qui pupillos per uirilem sexū
cognitione contingunt) tutelā defert,
& si plures eodem in gradu sint, ad oēs
pariter defert.

**Quid igitur si proximus agnatus capi-
te**

te diminutus est: quo casu ante a dicebas eum agnatum esse desineres? Tutela tunc ad gradum insequentem defertur.

Quæ est legitima patronorum tutela? Ex ratione XII tabularum, quæ tutelas agnatis siccirco defert, quoniam hereditatis spes ad illos pertinet, inductus est, ut patroni libertorum suorum imputberum tutelam susciperent.

Quæ est legitima parentum tutela? Quoniam is cui filius factus mancipatus est (quem superius patrē Fiduciarium appellari dicebamus) si postremus eū manumittat, eius & hæres & tutor efficitur (quippe cum eius quasi patronus sit) institutum est, ut is hominē sibi tertio uenitum non manumittat, sed patri uicissim uendat, qui postea illum manumittēs, ius illud acquirat: qua de causa et pater & tutor fiduciarius (nisi uerius & honestius patris nomen obtineret) appellari posset.

Quid igitur si pater antē quam filius ille pubes factus sit, & pupillarem ætatem excesserit, moriatur: quis huius impuberis tutor erit? Institutum est, ut frater

ter in potestate retentus, patre mortuo
fratris emancipati sit tutor, & nomen
quod patris proprium fuisset, habeat: tu-
torē fiduciarius uocetur.

Quid uero si cui neq; tutores testame-
to dati sunt, neq; ulli eius cognati extēt?
Lex Attilia iubet ei tutorem à prætore
& maiore parte Tribunorum plebis da-
ri. Lex uero Iulia & Titia à præsidibus
prouinciarū: uerū id postea immuta-
tum est:

Quid igitur institutū fuit? Claudio^s
Imperator sanxit, ut Consules pupillis
exira ordinem tutores darent. Antoni-
nus uero Philosophus Prætorem tutela-
rem instituit, qui tutores et satis dare rem
pupilli saluam fore, & tutelam recipere
cogerent. postremo mos inualuit, ut ma-
gistratus cum hac inquisitione tutores
darent, si moribus honestis essent, si lo-
cupletes, si tutelam non affectassent.

Qui sunt tutores moribus inducti?
Olim si pupillus cū tutore suo lege, aut
legitimo iudicio agere uellet, Prætor ei
tutorem quo auctore ageret, attribue-
bat: nam tutor in rem suam auctore esse
non

non potest: nunc uero curator ad eam rem decernitur, qui lice finita curator esse definit.

Quot modis tutela finitur? Septem: pubertate, quavis capitis diminutione pupilli, tutoris autem media & maxima, & si legitimus sit, etiam minima: itē conditionis eventu, temporis præfiniti decursu, suspecti crimine, & legitima excusatione.

Agelis, quoniam de tutela dictū est, deinceps de curatiōe uideamus. Quid est curatio? Est potestas administrandi bona eius, qui uel ob ætatem, uel ob mētis corporis uitium præesse rebus suis non potest.

De curatoribus.

QVOT sunt curatorū genera? Duo: nā alijs legitimi sunt, alijs honorarij.

Qui dicuntur legitimi? Qui dati sunt ihs, quibus lex xii Tabularum dari iubet: nimirum furiosis & prodigis. sic enim in ea scriptum est: Si furiosus existet, aut prodigus, cui bonis interdictū sit, agnatorum gentiliumq; in eo pecu-

pecuniaque eius potestas esto.

Qui dicuntur honorarij: Qui à Prætore dantur ei, qui nuper pubes factus, idonees sua negotia gerere non potest, item surdis, mutis, perpetuo morbo affe~~c~~tis.

Nunquamne igitur impuberi Curator datur: Imo, nam pupillo qui tutorē idoneum non habet, uel eum habet, qui se ad tempus excusat, curator adiungitur. præterea tutor necessario impeditus, actorem petere, dum tamen pupillus uel absit, uel infans sit, potest: eumque magistratus confirmat.

Quid nulline testamento curatores dantur: Non, sed tamen si dati sint, magistratus decreto confirmantur.

Quas igitur inter tutelam & curatelā differētias enumeras: Tutela est potestas in capite libero, id est in persona pupilli: Curatio uero (nisi illa furiosi sit) rei & caussae datur. Tutor inuito & ignorati datur: Curator inuito adolescenti non datur. Tutela anno X I I I . finitur: Curatela anno XX V.

Quomodo ijs qui in tutela uel curatione

tione sunt, cauetur: Magistratus iubet tutores & curatores satisdare, id est, fide iussores locupletes dare, rem illorum sal uam fore: & nisi satisdent, pignoribus captis coercentur.

Ab omnibus ne igitur illa satisdatio exigitur: Non, qui enim uel testamento uele ex inquisitione dati sunt, satisdare non coguntur: si tamen plures sint, is qui uel solus, uel ab alio prouocatus satisdat, quiue a prætore, aut maiore collegarum parte, aut, cum inter eos non conueniret, a Prætore delectus est, solus administrat.

Quid si magistratus id neglexerit: Tum quod damni resarciri ex administratorum bonis non poterit, præstabit.

Habeo ista, sed quæro, cum alicui tutela defertur, nunquamne illi se excusare licet: Imò, legitimæ excusationum caussæ cōplures sunt: sed præcipuæ sunt quatuordecim.

Quænam illæ sunt: Morbus fonticus, id est qui ei rei impedimento est: senectus annorum septuaginta, maior aliquis magistratus, absentia caussa Reip.

c ad-

administratio fisci, militia, numerus libe-
rorum, Romæ trium, in Italia quatuor,
in Prouincijs quinque: in opia ei nume-
ri sustinendo impar, professio Gramma-
ticæ, Rhetoricæ, & Medicinæ, imperitia
rerum, tria onera tutelæ non affectatæ,
inimicitia capitales cum defuncto, con-
trouersia status ab illo instituta, & lis cū
pupillo, uel de bonis omnibus, uel de i-
psa hæreditate instituta.

Quid igitur si is qui tutelam est ade-
ptus, male rem gerat? Lex XII. tabu-
larum iubet, ut eum qui doli malii, cul-
pætæ in tutela admissæ suspectus erit, a-
pud eum, qui lus dicet, arguere liceat, do-
liq; damnatus, sit infamis. nemo tamen
in suspicionem ob inopiam, sed propter
mores tantum uocatur.

Cuinam hæc suspecti actio concedi-
tur? Omnibus, etiam mulieribus, hisq;
alienis, quarum tamen Prætor consiliū
probarit: item adolescenti in curato-
rem: tametsi pupillo in tutorem suum
non detur.

Quid uero si tutor satisfare sit para-
tus? Nihilo minus remouetur: ne sa-
tisdatio

tisatio prædandi facultatem ei potius
præbeat, quam adimat.

De rebus & earum acquir. modis.

Satis nunc de personis dixisse vide-
ris: proximum est, ut de rebus, earumque
acquirendarum modis differamus. Quot
sunt rerum de quibus in luce ciuili dispu-
tatur, differentiae? Tres præcipuae.

Quænam est prima & summa? Ut
aliæ sint in hominum commercio, aliæ
non sint.

Quænam sunt in hominum commer-
cio? Res quæ priuatæ appellantur, id
est quæ cùm in priuatorum patrimonio
sunt, tum ab ijs ab alienari possunt.

Quæ sunt res quarum commercium
non est? Res sacræ, religiosæ, sanctæ,
& publicæ.

Quæ sunt res sacræ? Quæ rite, uerbis
solennibus, per Pontifices Deo cōsecre-
tæ sunt: ut aræ, templo, donaria.

Quæ sunt religiosæ? Religiosa loca di-
cebantur, in quæ illati mortui fuerant: quia
relinquebant ea loca, nec exarabantur.

Quæ sunt res sanctæ? Quæ ut in uio-
latae essent, pœna proposita cautū erat,

ueluti muri, & portæ urbis.

Quæ sunt publicæ? Quæ uel omniū hominum ac gentium communes sunt, ut aer, mare, litus: uel omniū alicuius ciuitatis ciuum: ut fora, basilica, theatra, stadia.

Quænam est altera rerum diuisio? Ut aliæ sint corporales, nimirum ex quæ tangi demonstrari possunt: aliæ incorporales, quæ nec tangi, nec demonstrari, cerni tamen animo atque intelligentia possunt, ueluti hæreditas, obligatio, seruitus.

Quæ est tertia? Ea à ciuibus R. excoigitata & instituta est: ut aliæ sint res mancipi, nimirum prædiæ in Italicō solo, Iura prædiorum rusticorū, serui, & quadrupedes, quæ dorsi colloue domantur: aliæ omnes nec mancipi dicantur.

Quid ita res illæ mancipi dicebâtur? Quia certo ritu inter solos ciues R. sic uendebantur, ut & emptor manu eàs caperet (unde & ipse Māceps, & res Mancipi dicebantur) & uendor eàrum euictionem præstaret; si quis forte alius sibi eas uiridicare uellet. Is autem ritus manci-

mancipatio uocabatur.

Quonam ritu mancipatio fiebat? Adhibitis quinque testibus, ciuibus R. pu
beribus, & alio eiusde conditionis (qui
quod libram æneam tenebat, libripens
uocabatur) emptor æs tenens ita dice-
bat: Hoc ego mancipium ex Iure Quiri-
tium meum esse aio: idque mihi emptum
est hoc ære, æneaque libra. deinde ære per
cutiebat librā, idque es dabat ei à quo rem
accipiebat, quasi pretij loco.

Quibus modis res acquiruntur? Res
aut singulæ acquiruntur, aut uniuersæ.
Et rursus singulæ aut lure gentium acqui-
runtur, modis innumeris: aut Iure Quiri-
tium tribus, mancipatione, usucapione,
in Iure cessione.

Expone igitur mihi exempli caussa
modos aliquot lure gentium res singu-
las acquirēdi. Primus & antiquissimus
est occupatio. Nam id quod nullius est,
primo occupanti acquiritur. Itaque & fe-
ræ omnes quæ libertate naturali po-
tiuntur, & quæ in litore inueniuntur,
ut gemmæ & lapilli, & quæ pro dere-
licto à suo domino habitæ sunt, pri-

mi sint occupantis.

Quid si quis thesaurū inuenierit? Qui suo sacrōue in loco thesaurum inuenierit suū illū totū efficit: qui uero in alieno, uel publico, partim suū, partim dñi & fisci.

Quis est secundus? Captiuitas. Nam quæ ex hostibus cepimus, nostra fiunt, siue homines sint, siue aliæ res, cuiusuis generis.

Quis est tertius? Accretio. quod enim rei alicui sic accrescit, ut pars sit totius, eius esse debet cuius est totum. cuius rei exemplum in alluione, in ædificatione, satione, pictura, scriptura, prætexta ostendemus.

Quid est alluio? Est incrementū latēs: itaq; cuius agro paulatim aliquid labendo flumen adiecit, eius id fit.

Quid uero si uel illuio uel circunluio sit? Illuio, hoc est inundatio, nihil prorsus immutat: sed circunluio, id est flumen agrum alicuius circunluens, insulam eius efficit: alueum autem immutans, pristinum finitimiis addicit, nouum ita publicum efficit, ut ad pristinum reuersum, illum finitimiis addicat.

Quod

Quod inædificationis Ius est: Ut qđ in meo solo ædificatum est, id meū efficiatur, siue à me, siue ab alio sit extructū. Nam superficies solo cedit.

Semperne hoc uerum est: Non nam qui sciens ex materia sua in alieno ædificat, etiam materiam ipsam donare iudicatur. At qui ignorans, bonaç fide impendium recuperat.

Quodnam sationis Ius dicas: Ut eius quæç plantæ & sata sint, cuius in solum radices egerint: dum tamen is qui imprudens alienum agrum conseruerit, impendium seruet.

Quod picturæ & scripture Ius est: Ut eodem Iure utræcū sit, quo res aliæ quæ superficieī nomine continētur. hoc est, ut illa tabulæ, hæc chartæ membranæ cedat. quippe sine quibus esse non possint, quamvis de pictura nonnulli propter eius pretium aliter senserint: & mihi æquius uideatur, ut píctor alias tabulas, scriptor alias chartam reddendo, liberetur.

Quod Ius est in prætexta: Ut aliena purpura uesti cui intexta est, quam-

uis uiliori, cedat. Nunquam enim uestis ex purpura censemur, sed haec semper illius pars & accessio est.

Quis est quartus? Rei effectio. Nam species ex aliena re confecta, si ad pristinam formam reuocari possit, eius est cuius res erat, quasi materia extincta non sit. si minus, aut si ex utriusque materia confecta est, eius qui efficit: ueluti si ex uinis si ex argento scyphum confecerit.

Quid uero si res plurium ita commixtae sint, ut secerni nequeant? Duorum materiarum, siue diuersarum, siue eiusdem generis sint: item siue fortuito, siue uoluntate ipsorum commixtae, dummodo earum mutata substantia sit, ut in mulso ex uino & melle, utriusque sunt communes: at si mutata non sit, communes non sunt.

Quis est quintus? Traditio: ueluti quae uenditionis, permutationis, legati, donationis causa facta est. cum enim alienandi animo a domino tradita est, eius dominium sic in accipientem transfertur, ut eius in bonis sit: quemadmodum paulo post dicemus.

De

De seruitutibus.

Quis est sextus? Seruitutis constitutio. Seruitutem autem intelligo, Ius quod quis uel in re, uel ex re sua alteri constituit.

Quotuplex est seruitus? Duplex. aut enim est personarum, ut ususfructus, usus, habitatio: aut rerū, ut seruitutes prædiorum urbanorum, & rusticorum.

Quid est ususfructus? Est Ius alienis rebus utendi fruendi, salua earum substantia. Est enim Ius in re aliena, qua extincta, ipsum quoq; extinguitur.

Quarum rerum ususfructus constituitur? Earum tantum quæ utendo non consumuntur. aliarum enim, ueluti pecuniae, quasi ususfructus per cautionem constituitur. Nam cum is qui accipit, se redditum cauet, eius cautio apud proprietarium in corporum locum succedit.

Quibus modis finitur ususfructus? Fructuarij morte, capitis diminutione, non recte utendo, cessione, consolida^{tione}, hoc est cum fructarius proprietatem acquirit, & rei interitu.

Quid est usus? Est ius utendire aliena, quatenus ei cui conceditur, necesse est.

Quid interest inter usum & usumfructum? Quantum inter partem & totū. Nam ille ad necessitatem, hic ad utilitatem & uoluptatem refertur. Itaque usuariorum fructus fundi naturales tantum, non etiam elaboratos obtinet: nec fundi per se colendi ius habet, nec ius suum transferre in aliū potest.

Quid est habitatio? Est facultas aedes alienas inhabitandi, quae tamen non in iure, sed in facto consistit. Itaque olim commodari quidem poterat, locari uero non poterat. At nunc per Iustiniani constitutionem potest.

Quid appellas prædiorum seruitutē? Ius in alieno prædio aliquid agendi, quod alteri agere non licet, ab ipsius domino permisum.

Quamobrem sic appellatur? Quia constitui nisi inter eos qui prædia possident, non potest. Nam & præmium esse quod seruiat, & alterum cui seruiat, necesse est. Itaque personales seruitutes dicuntur,

cuntur, cum res personæ: reales uero, cū
res rei seruit.

Quot sunt prædialiū seruitutū gene-
ra? Duo. ut emi prædiorū alia rustica, a-
lia urbana sunt, sic seruitutes aliæ rustice
uocātur, ueluti iter, actus, uia: aliæ urba-
næ, quarū scilicet usus tantum est in ædi-
bus, siue illæ in urbe, siue in agro sint.

Dē singulis igitur uideamus. Quid
est iter? Iter ab eundo dicitur, estq; ius
eundi, ambulandi hominis, per prædiū
alienum.

Quid est actus? Actus ab agendo di-
citur, estq; ius armentum aut gregem a-
gendi, per prædiū alienum.

Quid est uia? Vía à uehēdo (ut Var-
ro scribit) uocatur, estq; ius uehiculi du-
cendi per prædiū alienum.

Quidnam inter illas seruitutes inter-
est? Iter est proprium hominū, actus pe-
culum, uia uehicularū. unde sequitur,
ut itinere actus, actu uia latior atq; am-
plior sit, homo enim trāsire per angustio-
rem aditū, quām grex potest: & rursus
grex per spatium angustius, q; uehicu-
lū. quare qui actum habet, habet & iter.
qui

quis viam, & actum, & iter: At hoc non reciprocatur, tametsi quoniam is qui uehem dicit, iumentum agit, frequenter agendi uerbo via quoque continetur, ut si quis eundi agendi seruitutem promittat: haec enim formula & pecoris & iumenti uehicularis actum complectitur.

Nullæne aliæ sunt rusticæ seruitutes? Imò. Nam & aqueductus & haustus & pecoris ad aquam appulsus, item Ius scandi, calcis coquendæ, & arenæ fodendæ, in hunc numerum referuntur.

Cedo nunc mihi urbanarum seruitutum exempla: Oneris ferendi, tigni immittendi, stillicidij recipiendi, altius ædes non tollendi, uicini luminibus aut prospectui non officiendi.

Satis multos Iure gentium acquirendi modos exposuisti: deinceps de Iure Qui ritium audire cupio.

De Iure Quiritium.

Quid est Ius Quiritium? Fuit olim Ius quoddam ciuium R. proprium, & à cæteris gentibus omnibus alienum, (ut antè dixi) tribus modis acquirebat, mācipatione, usucapiōe, in Iure cessiōe.

Quid

Quid est mancipatio? Est ea species ab alienatiōis, de qua superius diximus. Locum autem inter solos cīues Romanos habebat: & eos, quibus cōmercium datum est, id est emendi uendendiq; in uicem lus. Præterea res mobiles non nisi præsentes mancipari poterant. Immobiles autem etiam plures simul, & quæ diuersis locis erant, mancipari poterant.

Quid est usucapio? Est adeptio dominij per continuationem possessionis, olim rerum mobilium anni, immobiliū biennij. Lex enim **XII. tabularum** sic iubet: **Vsus, auctoritas fundi, biennis esto, ceterarum rerum annus esto.**

Quid nunc iuris est? Ex constitutione Iustiniani res mobiles, triennio: immobiles, inter præsentes decem, inter absentes uiginti annis usucapiuntur.

An igitur cuiusuis & personæ & rei procedit usucapio? Nequaquam. uitium enim aut in persona, aut in re usucaptionem impedit.

Quod est uitium in persona? Mala fides uel tradentis uel accipientis. si tamen plures rem possederint, possessio defun-

defuncti quæ bona fide nitebatur, successori etiam scienti prodest: itemq; uendoris tempus, emptori.

Quod est uitium rei? Vis aut furtū in re aliqua commissum. Nam furtuas ne ab eo quidem, qui eam à fure bona fide accepit, usucapi potest, nisi forte prius in domini potestatem redierit.

Quid est in iure cessio? Est alienatio quæ fit apud Prætorē: cùm is in quæ res alienatur, eā tenēs ita uindicat, Hanc ego rem ex iure Quiritium meam esse aio: deinde Prætor illum qui eam cedit, interrogat, an contrà uindicit: quo negante, aut tacente, tum ei qui uindicauerit, rem addicit.

Et quid si nullo istorum trium modorum res acquisita sit? Tum res in bonis tantum dicetur esse. ueluti si ciuis Romanus à ciue R. seruū emerit, isq; traditus ei sit, neq; tamen mancipatus ei, neq; in iure cessus, neque ab ipso usucaptus sit: quandiu, inquam, horum quid fiat, is seruus quidem in bonis emptoris est, ex iure uero Quiritium uendoris est.

Quid igitur ea prodest acquisitio?

Omnes

Omnes iure gentium rerum alienandarum modi, qui uulgo à nobis tituli uocantur, usucapiendi caussam præbent.

Quos titulos appellas? Iustas & æquitati naturali cōsentaneas possessiōis caussas, uelutī, p emptore, & p donato.

Quid est pro emptore possidere? Est rem sine mancipio emptam iure ac nomine emptionis ita possidere, ut eius usucapio procedat. Nā, ut ante dictū est, emptio & uenditio sine mancipio facta, ius Quiritium non transfert.

De donationibus.

Quid est pro donato possidere? Est rem quampiam dono sibi datā, donationis iure ac nomine ita possidere, ut eius usucapio procedat.

Quotuplex est donatio? Triplex. nā est donatio inter uiuos, mortis causa, & propter nuptias.

Quid est donatio inter uiuos? Est quæ a uiuente in uiuētem solius libertatis & munificentiae caussa confertur.

Quod est ius ipsius? Ut sola uoluntatis testatione perficiatur, et traditionis necessitatē afferat, publicis literis cōsignari

gnari, nisi quingentos aureos superet; non debeat: ab ingrato tamen repeti certis de caussis possit.

Quæ est donatio mortis caussa? Quæ propter perspicuum aliquid mortis periculum facta est: ueluti si periculosa peregrinatio, ut belli, aut nauigationis, suscipienda sit.

Quid inter utramque interest? Hæc sit propter mortis periculum, illa propter munificētiam: hæc sit ab eo qui se quām donatarium habere mallet, illa ab eo qui donatarium quām se: hæc incerta & suspensa est, nam si donator periculum evaserit, siue eum pœnituerit, siue donatario superuixerit, reuocatur: illa certa & præsens est, difficillimeque cōuellitur: hæc quinq[ue] testibus præsentibus, illa sola uoluntatis testatione perficitur.

Quæ est donatio propter nuptias? Est quæ à sponsis & cōiugibus fieri consuevit. sed si sponsorum est, uel ante nuptias, uel sponsalitia largitio uocatur: si constante matrimonio fiat, propter nuptias uel ἀντιφέρμη.

Quamobrem ἀντιφέρμη appellatur?

Quo-

Quoniam à marito uxori in gratiam dotis uicissim tribuitur. eius enim usus duplex est: primum, quia dotis muliebris est cautio: deinde, quia ut mulier sine causa diuortiū faciens dote, sic maritus rebus donatis mulctatur.

Quid igitur dotem appellas? Dos est pecunia nuptiarum causa ita marito data, ut eam pro domino constante matrimonio penes se habeat. quippe quæ propter onera matrimonij, id est, ad alēdam uxorem detur.

Vtro lute marito datur, gentiūne an Quiritium? Recte admones. neutro enim lute mariti est, sed proprietas eius est uxoris: at maritus eius quasi usumfructum habet. nō enim aliter ea uti potest, quam ut incolumis uxori permaneat. ita que dotale prædium ne cōsentiente quidem uxore uel alienare, uel oppignerare potest.

Quid: licetne cuiuīs & per quem uīs istorum modorum, quos superius enumerasti, acquirere? Nequaquam. quomodo enim qui in alterius manu ac potestate est, sibi acquireret.

d Cui-

Cuinā igitur acquirit. Quod filiusfa ex te patris acquirit, id totum acquirit patri: quod autem alia ex caussa, per Iustiniani constitutionem eius usum fructum pater, ipse nudam proprietatem adi pescitur: nisi forte propter militiae causam acquisierit, quod nos castrense peculium appellamus.

De peculio.

Quid est peculium? Erat priscis tē porib. particula quædā gregis (unde etiam nomen inuenit) quod patres suis filijs, domini suis seruis industrie sue exercendæ caussa concedebant. Nunc uero summa quædam est pecuniae eadē de caussa concessa, & à paternis domini ciscq; rationibus sciuncta.

Quotuplex est peculium: Quadruplex: aliud enim castrense dicitur, aliud quasi castrense, aliud profectitum, aliud aduentitium.

Quid est castrense? Quod filiusfa per militiæ caussam tum in castris, tū etiam alibi adeptus est.

Quid est quasi castrense? Quod intogata militia parauit; veluti in opera forensi,

rensi, uel professione artium.

Quod est profectitum? Quod a patre accepit, neq; industria operaue sua parauit.

Quod est aduentitium? Quod ab extraneis cognatisue accepit, qui in genere sunt maternæ materniue generis hæreditates: amicorum etiam & legata, & hæreditates.

Quid uero si filiusfa. emancipetur? Tum castrense & quasi castrense peculium sibi retinebit: profectitum ad patrem redibit: aduentitij uero proprietatem & dimidiū ususfructus sibi ipse habebit: reliquum pater.

De seruis autem quid iuris constitutum est? Seruus siue proprietatem, siue possessionem ullius rei acquirat, non sibi, sed domino tum ignorantí, tum iniuto acquirit: hereditatem tamen adire sine ipsis iussu non potest: at fructuario ea tantum acquirit, quæ ex re ipsis, suis ue operis adeptus est.

Quid igitur si extraneam personā, id est, procuratorē ad acquirēdū adhibeamus? Per extraneas personas, id est quarū

nihil interest, nihil nobis præter possessionem acquiritur.

De rebus per uniuersitatem acquirendis.

HAec tenus quibus modis res singulæ nobis acquiruntur, exposuisti, nunc quod consequens est, quæro ex te:

Quot modis per uniuersitatem res acquiruntur? Sex: de quibus priusquam audias, illud te scire oportet, modū quendam superesse, quo res singulæ acquiri uidentur, cum re uera non tam earum dominium acquiratur, quam ius eas persequendi.

Ecquisnam ille est? Legatum & fidei commissum singulare: hoc est, cum testator iubet, rogatue hæredem alicui quid ex hæreditate sui impartiri. nō enim tam res isto modo acquiritur, quam Ius eam persequendi; ut suo loco dicemus: cùm testamenti partes singulas ordine persequemur.

Quinam igitur sunt illi sex universarum rerum acquirendarum modi? Hæreditas, fideicommissum, bonorum possessio, arrogatio, bonorum addictio, libertatum

bertatum conseruandarum cauſſa, & bonorum emptio.

Quid est hæreditas? Est successio in uniuersum lus, quod defunctus habuit: Itaque non minus onera quam emolumēta in hæredes transferuntur: & interdū hæreditates inanes atque etiam damnoſae reperiuntur.

Quotuplex est hæreditas? Duplex. testamentaria & legitima: id est, quæ sine testamento à lege x i i. tabul. alicui attributa est.

D e t e ſ t a m e n t i ſ .

Primum igitur de testamentis uidea mus. **Quid est testamentum?** Est iusta & solennis testatio mentis ac uolūtatis nostræ, de uniuerso lure nostro, in unum aliquem pluresū, post mortem nostram abalienando. **Eſt enim & aliud** testationis genus, qui Codicilli appellatur, de eo quod post mortem nostram fieri uolumus: sed non uniuersi Iuris alieni cauſſa institutum est: uerū partis duntaxat, ut post testamentariam tractationem intelligetur.

d 3 Quo-

Quomodo testamentorum tractationem partiemur? Quinquepartito. primum enim de personis testatorū, id est, quibus testari ius sit, differemus: secundò de personis eorum quibus per testamentum aliquid relinquitur: tertio de ijs rebus que testamentis relinquuntur: quartò de ritu & formulis testamentorū: postremò de eorum iure & confirmatione.

Quibusnam ergo testamenti faciēdi ius est? Ciuibus R. pūberibus, patribus fa. qui neq; furiosi, neq; muti, neq; surdi sint, neq; prodigi, quibus bonis interdictum sit. Ex quo intelligitur, neq; seruis, neq; ijs qui apud hostes sunt, neq; impu beribus, neq; filijs familiarum (aīsi quibusdam de rebus) testari ius esse.

Quibusnam de rebus filiofa. testari licet? De peculio castrēsi. Nam, ut ait Iuuenalis,

*Solis præterea testandi militibus ius
Viuo patre datur: nam que sunt parta labore
Militiae, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater.*

Habeo qui testari possunt, quero iam quibus aliquid per testamentum relinquerere

quere liceat. Iis solis quibuscum testamenti mortis & adeundæ hæreditatis tēpore, testamenti factio est: id est, quibus leges aliquid relinquere permittunt, nī mirū ciuib⁹ R. nā testamenti tēpore, uis res sumit institutio: mortis uero, effectū.

Nihilne igitur seruis relinquī licet? Imò seruos hæredes instituere possimus: nostros, cum libertate: alienos, sine libertate: quasi nō illorum, sed dominorū personā testator spectet: quippe qui ipso Iure suis dñis acquirāt: cōmunes uero, cum libertate, uel sine libertate.

Quid ergo si hæres scriptus intermedio tempore testamenti factionem amiserit? Ut puta ciuiis R. hæres scriptus uiuo testatore factus peregrinus, mox ad ciuitatem R. peruenit. Medi⁹ temporis ratio non nocet, quia, cūm eo tēpore capi hæreditas nō possit, nemo eius in capax dīci potest.

Quos præterea hæredes facere non licet? Eos, quorū incerta persona est. ueluti, quisquis primus ad funus meū uenerit, quoniam certum consilium debet esse testantis.

Quibusnam de rebus in testamentis cauetur: De hæreditatibus, legatis & fidicommis: de quibus ordine nobis & attentè disputandum erit.

De hæredibus instituendis.

Quoniam quid esset hæreditas expo-
suisti, quæro nunc, quot sunt hære-
dū genera: Tria. Sui & necessarij, itē ne-
cessarij, & postremo uoluntarij, siue ex-
tranei.

Qui sunt sui & necessarij hæredes?
Qui in morientis familia proximum ab
eo gradum obtinet. ueluti filij, aut, ijs de
familia sublatis, nepotes, et qui deinceps.
quandiu enim in familia ullus est, tandiu
nepos suus hæres esse non potest. Item
uxor quæ in manum cōuenit, quam ma-
tremfam. appellari diximus: item nurus
quæ in manu filij est, quem in potestate
habemus.

Quamobrem sic appellantur? Quoniam patrefam. mortuo non tam aliena-
rum, quam suarū quodammodo rerum
plenum integrumq; dominium adipi-
scuntur, quarum etiam illo uiuo hære-
des (quo uerbo ueteres dominum intel-
ligeant)

ligebant) lege XII. tabularum designati erant.

Quid de posthumis, id est, qui patre humato nascuntur, quid Iuris? Posthumi etiam liberi, si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum hæredum numero sunt.

Sed cur sui & necessarij dicuntur? Quoniam lege XII. tabularum cogebantur hæreditatem retinere, tametsi à Prætoribus postea inductum est, ut abstinenti potestatem haberent.

Qui sunt hæredes necessarij. Serui à dominis hæredes instituti, tum enim libertatem simul cū hæreditate adipiscuntur. Itaque propter præmium libertatis retinere hæreditatem coguntur, eaque re à suis & necessarijs discrepant.

Verum quid si à dominis suis post testamentum, & ante ipsorum mortem manumissi aut alienati sint? Si manumissi sunt, potestatem repudiandi habebunt: si alienati, dominis suis iubentibus hæreditatem acquirerent, manebuntque serui.

Quid si alterius sint serui? Alieni servi etiam post domini mortem institui hæreditates

redes possunt. Plurium autem serui, eorum cuique quorum iussu alienam hereditatem adierint, pro parte dominij acquirant.

Qui sunt heredes voluntarii? Extra nei omnes: id est, qui in testatoris familia non sunt: quemadmodum filii saepe serui ipsius. nam cum ipsius Iuri subiecti non sint, arbitrio eorum adeundi repudiandiae potestas permittitur.

Quid si liberi sint, sed emancipati? Hi etiam extranei nominantur, cum extra testatoris familiam sint: quinetiam liberi a matre instituti, quia nunquam eius in potestate fuerunt, extraneorum loco numerantur.

Quid sequitur nunc? Ut de legatis primis, deinde fideicommissis differimus. sed quoniam ea tractatio tum copiosa, tum etiam satis salebrosa est, melius esse arbitror, de ritu ac formulis testamentorum prius exponere: quam postremam huiusc testamētariæ disputatiōis partē esse dicebamus.

De ritu testamentorum.

QVÆNAM igitur testamenti facientis ratio est? In primis illud te sci re oportet, olim testamentorum genera quinque fuisse. sic enim multa simul de formulis intelliges. Erant autem hæc: calatis comitibus, in procinctu, per æs & libram, prætorium, mixtum.

Quid est testamentum calatis comitibus? Quod olim pacis tempore calatis, id est, euocatis pro collegio Pontificum comitibus, palâ aperteque fiebat. Cū enim sacra unâ cum pecunia transferrent, Potifices interesse ei actioni oportebat.

Quid est testamentum in procinctu? Id militiæ tantum fiebat: cùm instructo exercitu uiri ad prælium faciendum in aciem uocati, togasque succincti, tribus aut quatuor testibus adhibitis heredem nuncupabant.

Quod est testamentum per æs & libram? Cum quis alterius familiam, id est Ius patrisfa. uniuersum mancipio emebat, & testator tabulas tenens ita loquebatur: Hec uti in his tabulis, cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. itaque uos

uos Quirites testimonium præbetote:
 Quæ omnia ficta erant & adumbrata. alius enim hæres in tabulis scriptus erat,
 alius familiam emebat: ne qui hæres scriptus esset, testatoris uitæ insidias pararet.

Quod est testamentum Prætorium?
 Quod sine ulla mancipatione per solam septem testium consignationem etiam hoc tempore magnopere usurpatur.

Quod est testamentum mixtum?
 Quod ex luce ciuili, Prætorio, & constitutionum ita fit, ut à septem testibus nullo alieno interposito actu, uel eodē, uel etiam alieno annulo consignetur, subscribatur ab ijs, & à testatore, hæredisq; nomen uel ab hoc solo, uel ab ijs ascribatur.

Quid teneturne omnes legibus istis testamentariis? Militi quandiu in militia est, dum tamen testes, minimum duo, data opera sint adhibiti, quovis modo testamentum facere permittitur: extra militiam uero, communi luce ac legibus tenetur.

Videamus nunc quinam ordo in testamentis

stamentis scribendis obseruandus sit. Quatuor in testamentis scribendis obseruanda sunt: quorum primum est de testibus, alterum de hæredibus instituendis, tertium de partienda hæreditate, quartum de substitutione.

Primum igitur de primo uideamus. Quibusnam in scribendo testamento testes adesse licet? Solis ciuibus R. puberibus, sanæ mentis, & qui extra testatoris familiam ac potestatem sint.

Possuntne iij de quibus agitur, nimirū hæredes, adhiberi testes? Nemo in re sua testis est idoneus: sed tamen iij quibus partem aliquam ex hæreditate delibatam testator relinquit (id autem legatum appellatur) adhiberi possunt: nimirum, quia nihil ab illis creari periculi testatori potest: cum incertum sit, an illud habentur sint, quoniam in hæredis potestate est non adire: testamentis autem ab hæredib. desertis, legata omnia intercidunt.

Age, in hæredibus instituendis quid obseruatur? Olim ordo hic erat, ut primo loco hæres institueretur, & si filii filiauefa. essent, iij uel instituerentur, uel exha-

exhæredarentur nominatim. Nam testā
mentum quo suus hæres præteritus est,
quamvis uiuo patre postea deceaserat,
nullius momenti est.

Quid? Præteritio filiæ & nepotum
qui sui sunt, eādemne uim habet? Olim
& filia & natus ex filio præteriti testamē
tum non uitabāt, sed scriptis hæredibus
accrescebant: suis quidem hæredibus,
in partem uirilem: id est ut parem cum
illis partem obtinerent: extraneis autē,
in partem dimidiām, præterea satis erat
eos inter cæteros exhæredari: nominati
tim necesse non erat.

Quid uerò si testator uxorem graui
dam esse ignorasset? Olim præteritio
posthumī cuiuscunq; gradus sexusue es
set, testamentum rumpebat. posthumī
uerò exhæredari nisi nominatim nō po
terant: at posthumæ, si modo eis legare
tur, etiam inter cæteros poterant.

Eratne eadem emācipatorum ratio?
Non, eorum enim præteritio testamen
tum non rumpebat: quippe qui iam pro
alienis & extraneis numerarentur, neq;
ulla ex parte ad patris familiā pertine
bant.

banit. Prætor tamen eis præteritis bonorum defuncti possessionem contra testamento tabulas dabat: ut suo loco intelleges.

Quid si liberi adoptiui essent? Si à patre adoptio præteriti testamentum rūpebant: sed ab eo emancipati contra patris naturalis tabulas tantum bonorum possessionem à Prætore impetrabant.

Aliudne hoc tempore obseruatur: Iustiniani lege nulla prorsus inter liberos differētia est, sed omnes nominatim uel institui uel exhæredari debēt, cuiusvis generis, sexus, gradusq; sint. adoptatus autē ab alio quam auo, uel proauo, patri naturali necessariō succedit. adoptio uerò uel necessario, uel uolēti. ab hisce autem adoptatus, suus illis efficitur: patri autem naturali, plane alienus.

Quid uerò si mater uel auus materius testetur: Silentium matris auiue materni exhæredationis uim obtinet: sed liberi præteriti accusare testamentū quasi inofficiose factum possunt.

Quid: quānam hæredis instituend formulæ fuerunt: Hæres aut pуре inst

tu

tui potest, hoc modo: Titius hæres esto: aut sub conditione, ueluti si Titius uxorem ducat, hæres meus esto.

Quid si dies adiecta sit? Hæreditas frustra uel ex die, uel ad diem relinquatur: ueluti post biennium, aut usq; ad biennium. Itaq; uitio adiecti temporis sublato, ualet institutio.

Quid si plures conditiones adiectæ sint? Veluti si & uxorem ducat, & sena tor fiat? Si coniunctim adiectæ sunt, ueluti si & hoc & illud accidat, omnes exempli oportet: si disiunctim, ueluti si hoc aut illud fiat, ex parte tantum.

De partibus hæreditatis.

Quid in testamēto tertīū obseruan-
dum est? Ut si plures hæredes in-
stituantur, cuiusque partes definiantur.

Quot in partes hæreditas diuiditur?
Romani cùm alia omnia quæ diuisionē recipiebat, tum etiam hæreditates in af-
sis partes diuidebant: Sunt autem hæ:
Vncia, 1. Sextans, 2. Quadrans, 3. Triēs
4. Quincunx, 5. Semis, 6. Septunx, 7.
Bes, 8. Dodrans, 9. Dextrans, 10. De-
unx, 11. As, 12.

Quid

Quid uero si testator id non obseruat, sed uel plures uel pauciores partes fecerit: ut si uni semissem, alteri quadrante attribuerit? Testator potest assis partium nominibus ad arbitrium suum abutiri: sed res necessariò ad assis rationem reuocanda est. Nemo enim nisi miles potest ex parte testatus, ex parte intestatus decedere. Itaque illo casu sextans semissi adiungetur: uncia uero quadranti.

Est ne regula quædam à Iurisconsultis tradita, quam sequi hac in re possimus? Est, nam hæreditatis partes aut omnes indefinitæ sunt, aut omnes definitæ: aut partim definitæ, partim indefinitæ.

Quid si omnes indefinitæ sint? Testator iudicatur æquas cuiuscq; hæredis partes esse uoluisse.

Quid si omnes definitæ sint? Tum si quid assi deest, unicuiq; pro rata parte accrescit, ut in illo casu diximus, si uni semis, alteri quadrans relictus est. Si superatus as sit, cuiq; p rata parte decrescit: ueluti si unias, alteri semis attributus est, ille bessem, hic trientem habebit.

e Quid

Quid si partim definitæ, partim indefinitæ sint? Tunc si in partibus definitis aliquid assi desit, id quod deerit, in eos qui indefinite instituti sunt, æquabiliter diuideſt. Si nihil assi desit, indefinite instituti semissem alijs detrahent, inter seq̄ diuident. Sin as superatus sit, indefinite scripti quod dupondio, id est duobus assibus, deerit, habebunt.

Cedo mihi primi casus exēplū: Titius ex quadrāte, Mēnius ex quincūce hæredes sunt. Cornelius & Lælius hæredes sunt. horū uterq; sextantem obtinebit.

Cedo exēplū secundū: Titius ex semisse, Mēnius ex semisse hæredes sunt. Cornelius et Lælius hæredes sunt. Vnusquisq; il lotū q̄tuor hæredū quadrātē obtinebit.

Cedo tertij: Titius ex dextante, Mænius ex semisse hæredes sunt. Cornelius & Lælius hæredes sunt. Cornelius quatuor, Lælius totidem auferet.

Licetne igit̄ in plures q̄ duodecim unias hæreditatē diuidere? Licet qdē: sed res semp ad unius assis rationē reuocabilis. Itaq; si Sextio bes, Septimiō semis relictus est. Octauio indefinite pars: et si duos

duos asses testator fecerit: tamē ita res ad unum reuocabitur, ut Octavius quincuncem, Sextius trientem, Septimius quadrantem accipiat.

De substitutionibus.

Quid in testamētis scribēdis quarto loco obseruādū est? Ut si institutus hæreditatem nō adeat, in defectū eius alter sufficiat, quę res substitutio appellat.

Quotuplex est substitutio: Duplex. Pupillaris, quæ pupillari tantū æratifi: hoc mō, Filius meus heres esto: si hæres erit, & anteq; in suā tutelā uenerit, id est, pubes factus sit, moriaſ, Titius ei hæres esto. Vulgaris, quę om̄i ætati fit: hoc mō, Titius heres esto. si nō erit, M̄equius esto.

Quotuplex inter eas differentia est: Quadiuplex. nā Pupillaris huic tñ erati, Vulgaris cuiuis fieri solet: Illa solis filijsfa. hæc cuiuis, siue filius sit, siue extra neus: illa heredē filio designat, hæc testatori: illa propriè substitutio, hæc propriè institutio est.

Prīmū igit̄ de Vulgari uideamus. Licetne quis numero institutis, quis etiam numero substituere? Licet. nā et singuli

singulis, & plures pluribus, & plures uni, & unus pluribus, quin & instituti substitui inter se possunt.

Cedo mihi cuiusq; exemplum? Singuli singulis, sic: Titius hæres esto: si Titius non erit, Mævius esto. Plures pluribus, sic: Titius & Mævius hæredes sunt: si non erunt, Seius & Flavius sunt. Plures uni, sic: Quintius hæres esto. si nō erit, Sextius & Septimius hæredes sunt. Vnus pluribus, sic: Octavius & Nonnius hæredes sunt: si non erunt, Decius esto. Instituti inuicem, sic: Octavius, Nonnius, Decius hæredes sunt, inuicemq; substituti sunt.

Teneo ista: sed in quartō exēplo quæro, utrum oporteat utrumq; institutum hæredem nō esse, ut substituto sit locus: an satis sit, si unus hæres non sit? Quoniam constat institutos primo esse apud testatorē amoris gradu, eosq; ambos substituto præferri, quoad unus illorum hæres esse poterit, huic locus nullus est.

Quid uero, si in postrema formula testator dispariter institutos inuicem inde finitè substituat? Tacite partes easdem repetisse

repetisse intelligitur. ueluti, Primus ex sextante hæres esto, Secundus ex quadrâte, Tertius ex triente, Quartus ex quadrâte. Nā si Quartus repudiet, quadrâs eius diuidetur in nouem uncias, quarû duæ Primo, Secundo tres, quatuor Tercio attribuentur.

Quid si testator ei substituat, quē suo cohæredi substituerat? Velutī Titius & Mæuius mei hæredes sunt. si Mæuius hæres non erit, Titius esto. si Titius non erit, Sempronius esto. Sempronius utri que institutus intelligetur: sic, ut etiā Titio repudiante, hæres sit futurus.

Habeo de uulgari: quid habes nunc de pupillari dicere? Moribus institutū est, ut patres suis filijsfa. usq; ad puberitatem testamētū faciant, hæredemq; attribuant: extraneis uero uel puberibus liberis attribuere nō possunt. Itaq; pubertas statim huius substitutionis uim omnem extinguit.

Quibus uerbis recte concipiatur? Recte hoc utroq; modo concipi poterit: Si filius meus uel hæres non erit, uel imputes decesserit. sic enim substitutus prior

e 3 re casu,

re casu, patri heres est: posteriore, filio.

Quid ita? Quia uno testamēto de duabus hæreditatib. hoc modo statuit: una patris, altera filij, cui multa interea possunt aliunde bona obuenire: itaq; prior casus uulgarem, posterior pupillarem substitutionem continet.

Quid ergo si alterutro duntaxat casu substitutio facta sit? Imperatorū Marci & Veri constitutionibus inductū est, ut cū pater impuberi filio in alterū casum substituisset, in utrumq; casum substituisse intelligeret: siue filius heres nō extiterit siue extiterit, & impubes decesserit.

Quomodo uno testamēto de duabus hæreditatibus statuit? Quia hæc substitutione paterni testamēti appēdicula quædam est, e usq; solius firmamēto nititur. Itaq; nisi pater sibi hæredem instituat, insituere filio non potest.

Et quid si exheredetur filius? Substitutione etiam exhereditato facta valet: omniaq; illius aduentitia emolumēta, id est qd; aliunde q; à patre pupilli obueniūt, complectitur. Formula autem hæc est: Filius exheres esto. si filius ante pubertatem

tatem moriatur, Titius hæres esto.

Sed nunquid istiusmodi substitutio-
nes uidetur tibi periculosæ pupillis esse:
ne substituti hæreditatis spe adducti ui-
tae ipsorum insidentur? Hoc periculum
arceri poterit, si testator in ima tabella-
rum parte substitutionē scribat, eamq;
postea lino traiecto constringat, atque
obsignet. sic enim ipso mortuo maxi-
ma testamenti pars aperietur, postrema
celabitur.

Quid: posthumo licetne etiam substi-
tuere? Licet hoc modo: Quicunq; mihi
post mortem meā nascetur, hæres esto.
Si uero impubes decesserit, Titius hæres
esto: Eiusq; rei exemplū nobilis illa Cu-
riana cauſa suppeditat, de qua tam sæ-
pe Cicerο commemoraτ.

Memini. Coponius posthumū hære-
dem instituerat, eiq; si ante tutelæ suæ
annos decederet, M. Curium substitue-
rat. Posthumus nō erat natus. M. Copo-
nius agnatus ad se pertinere hæreditatē
cōtēdebat: q̄a Curius nō aliter substitu-
tus erat, q̄ si pupillus moreret. mortuus
autē nō erat, quin natus non fuerat. Ita est

Centumuirī tamen secundum Curium
Item dederūt. quasi testator qui posthu-
mo, si is impubes moreretur, substituit,
hac mente fuisset, ut eo etiam non na-
to, substitutio ualeret.

Quid? Vnine tantum filio substitue
re licet? Imò & singuli singulis, & unus
singulis, sed & ei tantum qui postremus
moriet, licet substituere: ueluti, Primus
filius meus heres esto. si impubes moria-
tur, Mèuius esto. itē Secūdus filius meus
heres esto. si impubes moriat, Seius e-
sto. itē Tertius filius meus heres esto. si
impubes moriat, Titius esto. Vnū autē
singulis, sic substituemus: Primus, Secū-
dus, Tertius filij mei heredes sunt. si q̄s
eorū impubes moriat, ei Titius heres e-
sto. at postremo morituro substituitur
hoc modo. Primus, Secūdus, Tertius fi-
lij mei heredes sunt. ei uero qui po-
stremus illorū impubes morietur, Sem-
pronius heres esto.

De infirmatione testamentorum.

Dixisti de testamentis recte & ordi-
ne conficiendis. Nūc, quod poste-
rum abs te propositum fuit, quæro,
qui-

quibus modis testamenta infirmentur?
Testamenta Iure facta tribus euertuntur
modis: cùm aut rumpuntur, aut irrita cō-
stituuntur, aut tanquam inofficiosa ar-
guuntur.

Quomodo testamentum rumpitur?
Cum permanente suo in statu testatore,
id est, capite non diminuto, uel agnasci-
tur ei filius, uel alterum ab eo testamen-
tum conficitur.

Quid est filium agnasci? Cùm aut re-
uera nascitur filius, cuius in testamento
mentio nulla facta est, qua de caussa Ci-
cero libro de Oratore primo: Num quis,
ait, ex eo testamento quod paterfa. ante
fecit, quām ei filius natus est, hæreditati-
tem petit? Nemo. quia cōstat agnascen-
do rumpi testamentum, aut cum filius a-
doptatur. nam adoptatum quoq; suum
hæredem effici superius diximus.

Quid cum alterum testamentum fit?
Posteriore testamento, quamvis nullus
ex eo hæres extiterit, tamen si & Iure fa-
ctum est, & ex eo hæres esse potuerit, su-
perius ita rumpitur, ut paterfa. intestato-
decessisse iudicetur.

Quid si in secundo testamento certis ex rebus heres sit institutus? Perinde erit, ac si definitæ partes non essent: itaque institutus assent habebit.

Quid si prius testamentum in secundo ualere iussum est? Tum heres secundum hæreditatem superiori sic restituet, ut sibi tamen quadrantem retineat: quasi ex lege Falcidia, de qua suo loco cognoscet.

Quid si testator simpliciter dixerit, se nolle testamentum suum ualere? Testamentum non sola uoluntatis mutatione rumpitur, nisi alterum ritè & legitime conficiatur. Itaque à posteriore non lute perfecto, prius non rescinditur.

Quomodo irrita testamēta fiunt? Cū testator quouis modo capite diminutus est, neque enim qui sub alterius potestate redactus est, testari potest.

Et quid si postea capit is integratatem recuperet? Si testator mortis tempore integro capite sit, prætor eius testamentum tuetur, & hæredi scripto bonorum possessionem decernit.

Hoc

Hoc igitur inter irritum factum & ruptum testamentū interest, quod irritum status testatoris immutatus facit, rumpit autem casus extrinsecus contingens. Rectè accipis.

Quomodo testamenta tanquam inofficiosa arguuntur? Cum contra officij rationem facta esse dicuntur, datur enim tum actio, quæ Querela inofficiosi testamenti uulgo dicitur.

Quid per eam querelam intenditur? Ut si iudices uiolatū officiū cognoscāt, rescisso testamento, hæreditatem ijs quibus naturæ iure debetur, adiudicent.

Et quo tandem Iure iudices testamēta rescinderēt, quæ legum auctoritate facta sunt? Quasi non sanæ mentis testatores fuissent: quia uel in suos liberos in iurijs, uel in suos parentes impij fuerint. Nam ut liberi parentum, sic etiam parentes liberorum testamenta inofficiosa accusare possunt.

Nullisne alijs conceditur? Olim agnatis multis cōcedebatur: sed Cōstantini Cæsaris imperio ad solos fratres & sorores reuocata res est, idquæ tum de-

mum

mum cum personæ turpes, ueluti lenones, aut meretrices institutæ sunt.

Semper' ne hæc querela exhäuserdat is tis personis cōceditur? Non: sed tum demum, cum uel alia ratione nulla Ius suum recuperare possunt, uel quadrans hæreditatis eis relictus non est, quæ pars legitima dicitur. nam si minus eis relictū est, quod deerit, supplebitur.

Ecquonam id tandem modo? Ut eis suppleatur usq; ad quartam eius portio- nis partem, quam singuli ab intestato ac cepturi erant. Veluti, duo sunt filij: quia legitima cuiusq; pars ab intestato est se mis, i cīrco fescūcia illis debebitur: quæ semissis pars quarta est.

Quid uero si plures sint liberi? Siue unus siue plures sint, una tantum quarta eis, quam æqualiter inter se distribuant, attribuetur. uel uti si unus est, solus tres uncias habebit: si duo, singuli fescuncia, hoc est unciam cum dimidia: si tres, singuli unciam: si quatuor, singuli tres sicolicos: id est partem unciaæ quartam.

De legatis.

Quinoriam tempus esse, ut ad legata & fideicomissa transeamus.

Quid est legatum? Est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatum uelit.

Quot in partes hanc tractationem distribuis? In quatuor, nam primum de rebus quæ legari possunt: deinde de personis quibus legare licet: postea de modo & forma legandi: postremò de uicere & iure legatorum differemus.

Quænam igitur res legari possunt? Tum corporales, tum incorpórales: dummodo res nec legatarij sint, nec extra commercium sint.

Quid si res nondum in rerum natura sit? Etiam quod in rerum natura non est, si modo futurum est, legari potest. uero Iuti quicquid ancilla pepererit: ex uino quod in fundo meo natum erit, tantum dato, legata enim spes uidetur.

Quid si res legata interierit? Hæres si ne cuius factio contigit, ut præstari res legata non possit, liberatus est, at cuius facto id

Cto id accidit, ne quaquam. Itaqs si seruus hæredis legatus est, hæres eum manumis-
tens, nihilominus tenetur. Sin alienus, ei-
ius manumissione liberatur.

Quid si rem alienam leget? Testator non modò suas, aut hæredis, sed etiam alienas res, quas tamen alienas esse scit, legare potest: id autem eum scisse legatarius probabit: ac tum uel rem redemptam, uel eius æstimationem ab hærede accipiet.

Quid si rem suam, quam alienam le-
gatarijue putabat esse, legarit? Tūc be-
nignè rem interpretamur: quoniam ubi
plus in ueritate, quam in opinione est,
ueritas spectatur sola: hic autem titilem
exitum res habuit.

Quid si legatarius rei legatae domi-
nius fiat? Qui legatae sibi rei dominium
pretio adeptus est, legatum nihilominus
consequitur: qui gratis, nequaquam.
eui uero duorum testamento le-
gata res est, non adepta re, æstimatio-
nem: sed hanc nactus, illam petere po-
terit.

Quid si proprietatem mercede , u-
sum-

sumfructum gratis adeptus est? Tunc solius proprietatis æstimationem consequetur.

Quomodo res incorporales legari possunt? Cum hæreditas etiam iura cōtineat, non mirum est, si Ius aliquod singularē, ueluti seruitus aliqua, uel personalis, uel realis legari possit. Itaq; libertates uulgò seruis in testamento legantur. Et qui hoc modo manumittuntur, testatoris liberti efficiuntur. qui propterea Orcini (ut superius diximus) appellantur.

Cedo item aliud exemplum? Veluti si creditor debitori liberationem, uel in perpetuum, uel ad tempus: debitōrue creditorī debitū, siquidem plus in legato quam in debito sit, relinquat: aut si testator id quod sibi aliquis debet, alteri legatum uelit.

Cedo item aliud? Veluti ut hæres alicui domum extruat, aut eum ære alieno liberet, aut ei sub leui usura mutuam pecuniam det, aut eum arte aliqua instigendum curet.

Quoniam de qualitate rerum disti,

xisti, audire cupio de quantitate: **Licet** ne testatori quantum uelit de hæredita**t**e detrahere, & in legatis consumere: **Licuit** primum ex xii. tabul. in quibus scriptum sic erat: **Vt** quisque suæ rei legasset, ita ius esto.

Quid Iuris postea constitutum est?

Lege Furia cautum fuit, ne cui supra mille asses legare liceret: si quis sibi plus legatū accepisset, quadruplum eius quo plus quam licebat accepisset, redderet.

Quid postea? **Lex** Voconia lata est, ne qui census esset, id est sestertiūm centum millia possideret, plus uni alicui legatario relinqueret, quam ad hæredē, hæredesque pertineret.

Aliudne nunc obseruatur? **Lege** Falcidia cautum est, ne plus dodrante legare liceret. alioqui ut hæredibus ius esset, quadrantem eius summæ, quæ legata esset, detrahere.

Quosnam hæredes intelligis? **Vtrū** ut omnes simul ex uniuerso patrimonio an uero ut singuli ex sua cuiuscq; parte detrahere quadrantem possint? **Vnusquisque** hæredum partis eius qua institutus est,

est, retinere quadrantem potest.

Sed quid si post testatoris mortem & ante quam hæreditas adeatur, patrimonium uel auctum uel diminutum sit? In Falcidia deducenda modus patrimonij qui tempore mortis fuit, spectatur: ita tamen, ut æs alienum, funeris sumptus, & pretia manumissorum seruorum detrahantur.

Ecquonam igitur modo Falcidiæ ratio inibitur? Legata modum hæreditatis exuperantia, pro rata cuiuscum ad hæreditatis quantitatem reuocantur: deinde as ita distribuitur, ut dodrans legatarij, hæredi quadrans attribuatur.

Velim eius rei mihi exemplum edas? Finge ab eo qui quadringtonos aureos habebat, quadringtonos legatos esse: quarta pars cuiuscum legati singulis legatarij ita detrahetur, ut ei cui centum legati fuerint, uiginti quinque adimantur: cui quadraginta, decem: cui octoginta, uiginti.

Quibusnam personis legari potest? Hoc intelliges ijs remotis, quibus legati non potest; quorum ij primi sunt, qui f buscum

buscum testamenti factio non est. ueluti peregrini: legatū enim testamēti pars est, quod ciuium R. proprium est.

Quinam alij sunt? Hæredes instituti, siue extranei, siue sui, siue necessarij sint. nam hæredi à semetipso legari non potest: ac ne ulli quidē alteri à legatario.

Quid ergo si testatores ijs quos in sua potestate habent, quorumūe in potestate sunt, legent? nam ijs ipsis legare intel liguntur: Hæredis seruo legatum, si pure factum est, non ualet: si sub conditione, ita ualet, si ea existente seruus extra illius potestatem est: domino uero hæredis utrocumq; modo legatum ualet: sed iussu ipsis adeunte seruo, restinguitur, & cū hæreditate confunditur.

Quosnam alios numeras? Incertas personas. ueluti, quicunque filio meo, filiam suam in matrimonio collocarit. certum enim consilium testantis esse oportet: sub certa tamen demonstratio ne incertæ personæ legari potest. ueluti, ex cognatis meis, qui nunc sunt, qui primus adfunus meum uenerit.

Suntne alij præterea, quibus legare non

non licet: Olim posthumis alienis, de quibus superius diximus, legare non licet: quia si filius hæres institutus erat, legatum eidem ipsi uidebatur: sin ex-hæredatus, ad eundem hoc credibat. Sed Iustinianus & his, & incertis personis legare permisit.

Quænam legandi forma fuit? Olim erat quadruplex. per vindicationem, damnationem, sinendi modum, & præceptionem. sed Iustinianus omnium legatorum, quibuscunque uerbis ea concepta essent, unum idemque ius esse uoluist.

Quod erat legatum per vindicationem? Cum testator his uerbis usus erat: Do, Lego, Capito, Sumito, siue Habeto.

Quod erat legatum per damnationem? Cum testator sic dixerat: Hæres meus damnas esto dare, Dato, Facito, hæredem meum dare iubeo.

Quod erat legatum sinendi modo? Hæres meus damnas esto sinere L. Titum sumere illam rem, sibiq; habere.

Quod erat legatum per præceptionem? Cum unus ex hæredibus rem aliquam

f 2 sibi

sibi præcipere, id est, antecapere iubebatur. nam hoc genus legati proprium erat hæredum.

Quoniam hæc abrogata esse dicis, quid nunc obseruandum est? Olim legata post hæredum institutionem fieri debebant. sed Iustiniani lege non modo ante, sed etiam inter medias hæredum institutiones fieri possunt.

Quid præterea? Olim post hæredis legatarijue mortem inutiliter legabatur, at nunc eiusdem lege utiliter legari potest.

Quid amplius? Olim pœnæ cauſſa, hoc est coercendi hæredis cauſſa, legari non licebat, ueluti si filiam tuam in matrimonio Titio collocaueris, decem milia Seio dato. At ex eiusdē lege id licet, nisi ſub impossibili, turpi, aut iniufa conditione legatum ſit.

Quid ſi testator in legatarij nomine errarit: ueluti Luceium pro Lucillio nominarit? Error in alieno nomine, ſi modo de persona conſtat, nec legatum, nec institutionem uitiat: quia utrum quis nomine an certa demonstratione designetur,

cur; nihil interest.

Quid si in demonstratione erratū sit,
ueluti si equum Hispaniensem se legare
dicat, cum de Germanico sentiret: Fal-
sa demonstratio, si modò de testatoris uo-
luntate constet, legatum non uitiat.

Quid si falsa caussa adiecta sit: Velu-
ti, Titio, quia me absente, mea negotia
curauit, centum lego, & is negotia illa
nunquā gesserit: Falsæ caussæ adiectio,
nisi conditionaliter facta sit, non nocet:
quia legandi caussa legato non cohæ-
ret, quippe cùm etiam sine caussa legare
mos sit.

Quod est Ius legatorum: Ut lega-
torum quæ pure relicta sunt, ex mortis
testatoris tempore, dies cedat: ea uero quæ
sub conditione relicta sunt, cum condi-
xio extiterit, debeantur.

Quid si legatarius ante diem uel con-
ditionem legati existentem deceperit:
Legatum extinguitur, & in hæreditate
permanet, nec legatarij hæredi debetur.

Quid si ante testatorem ipsum dece-
serit: Siue legatarius ante testamentum
factum, siue post illud factum, & ante te-
stato-

statorem decesserit, legatum pro non
scripto habetur.

Nunquamne testator, legatum semel
scriptum uel adimere, uel in aliū trans-
ferre potest? Imò potest: idq; quatuor
modis. aut enim illud à persona in per-
sonam transfert: aut ab eo qui dare ius-
sus est, transfert, ut alius det: aut rem pro
re dari iubet: aut quod purè dedit, sub cō
ditione dari iubet.

De fideicommissis.

Agè, nunc ad fideicommissa tran-
seamus. nam & hunc secūdum eſ-
ſemodum dixisti rerum per universita-
tem acquirendarum, & tertium in testa-
mentis locum obtainere. Quid est fidei-
commissum? Olim fideicomissa erant,
quæ non palām, & pro testandi lute ali-
cuī relinquebantur: sed fidei hæredis, ut
ea redderet, committebantur: ueluti si
quid ei testator datum uellet, cui per le-
ges capere non liceret: itaq; non iubeba-
tur hæres, sed rogabatur.

Quid nunc iuris est? Tanta tandem
ijs tributa uis est, ut non modò Consules
ius de ijs extra ordinem dicerent, sed e-
tiam

tiam Prætor certus crearetur, qui fideicommissarius uocabatur.

Quod sunt inter legata & fideicommissa differentiae? Quatuor præcipuae: nam illa pro Iure testatoris relinquuntur, hæc pro hæredis fide, ac beneuolentia; illa ciuilibus, id est solennibus uerbis relinquuntur, hæc quibusuis uerbis reliqui possunt. per illa hæreditas relinquuntur, at per fideicommissa potest: in illis summum & strictum ius dominatur, in his longè benignius, & mitius agitur. Itaque fideicommissum, etiam si qui intestato moriturus est, potest relinquere, fideicommissarumque rogare, ut eandem rem, uel aliam, reiue par tem, alteri restituat.

Quot sunt fideicommissorum genera? Duo. nam alia singularia sunt, quibus res singulæ, ueluti uestis, aut fundus relinquuntur: alia uniuersalia, quib. uniuersa hæreditas træsfertur, ueluti, Peto abste hæres, ut meā hæreditatē Tito restituas.

Dicamus de uniuersalibus. Quænam fuit illorū forma? Primū hæres directis uerbis instituēdus erat. nam testamentū

sine hæredis institutione nullum est. deinde rogandus, ut alteri, uel hæreditatē, uel eius partem restitueret: hoc modo, L. Titius hæres esto. Rogo te L. Titi, ut cùm primum poteris hæreditatē meam adire, eam C. Seio reddas, restituas.

Et cum hæreditas restituta erat, uter erat hæress? Primus quidem nomen, alter uero ius hæredis habebat: nam S. C. Trebellianum Imperatore Nerone factum est, ut quæ actiones, tum hæredi, tum in hæredem competerent, eas Prætor tum fideicommissario, tum in fideicommissarium transferret.

Quid uero si hæres institutus adire hæreditatem nolle, quippe ex qua nihil interdum lucri perciperet? Iccirco S. C. Peganianum Imperatore Vespasiano factum est, ut fideicommissum restituere rogatus, quadrantem retinere posset: ita tamen, ut hæreditatis commoda & incommoda inter eum & fideicommissarium pro rata parte communicarentur:

Quod igitur Falcidia est in legatis, id Peganianum est in fideicommissis: Est ita. Veruntamen hoc differunt, quod in quartam

quartam Falcidiā legata non imputātur: in Pegasianum, imputantur.

Cedo exemplum: Veluti si testator quadringenta in bonis habens hæreditē centum, Mæuio ducenta, Valerio cētum leget. Hæres ultra centum, quæ p̄e legati nomine retinebit, Mæuio quinq̄aginta, Valerio uiginti quinq̄ quarte Falcidiæ nomine detrahēt. At si hæredē cui centum legarit, roget hæreditatem restituere, centum quidem illa sibi legata retinebit hæres, quartā autem eo amplius non detrahēt.

Et quid si non amplius dōdrante si deicommīssum sit: Olim ex Trebellia no S. C. onera omnia in fideicommīssarīum transibant: At si quid amplius, tum hæres siquidē sua uoluntate adiūset, cōmunia cum fideicommīssario habebat onera: si n̄ à Prætore coactus, omnium erat exp̄s: quippe quæ in alterum transferrēntur. sed hæc à lūstiniāo commūtata sunt.

Quidnam ille constituit: Vim omnem Pegasiani S. C. in Trebellianum sic transtulit, ut hæres uel quartam uel

f s quod

quod ei deest retinere, solutumue repertere possit: actiones autem pro rata comitūnūcentur: at si totam spontē coactus ue restituit, omnium tum commodorū, tum incommodorum sit expers.

Quid si hæres non ex aſſe, ſed ex parte tantum iñtitutus fuit? Idem etiam in fideicommiſſo de parte partis reſtituendo obſeruari uoluit.

Nunquid nam aliud hoc loco immutauit? Imò. Tantum enim fideicommiſſorum lus eſſe uoluit, ut hæres qui fidem de reddendo fideicommiſſo etiam ſine ſcriptura & teſtibus dedit, tamen poſquam de calumnia petitor iurauerit, uel iurare cogatur, uel recuſans pro confeſſo habeatur.

Nunc de fideicōmīſſis singularibus, ſiue particularibus uideamus. Quænam fuit illorum forma? Eadem prorsus quæ uniuersalium, niſi quod nō modò ab hæ rede, ſed etiam à legatario relinqui poſſunt, quāuis ab eo legari non poſſit.

Quarum rerum huiusmodi fideicommiſſa relinquentur? Omnia quæ in aliquius dominiō ſunt, quicunq; is ſit, ſiue hæres,

hæres, siue legatarius, siue fideicommissarius, siue alius quilibet. nam rei alienæ æstimationem præstare satis est.

Licetne etiam libertatem hoc modo relinquere? Licet: idq; etiam alienissimo seruo. nam aut dominus si quid ex testamento ceperit, eum uendere cogitur, aut alia emendi facultas expectatur.

Et cuius libertus fit is, qui sic manumisso^s est? Non testatoris, sed manumisforis ipsius, quippe qui uoluntatem suā ad testatoris rogatum accommodauit: ideoq; hæc fideicommissaria libertas opponitur ei, quæ per legata relinquitur: quæ propterea directa nominatur, quia testator ipse suū seruum liberum esse iubet, nec ab alio dari libertatem mandat.

Quid c; quantam istis fideicommissis cōplete licet? Nihilo plus quam quantum acceptum est: quod enim quis plus quam ex testamento accepit restituere rogatur, præstare non cogitur.

Et quodnam illorum ius est? Iustiniani lege idem prorsus horum fidelcommisso^{rū}, quod legatorū ius est: itaq; hodie

hodie una planè, eademq; illorum na-
tura est.

De codicillis.

Quid sequitur nunc? Ut de codicilis dicamus: Sunt autē codicilli scri-
ptura, qua defunctus leuiter ac sine ulla
solemnitate uoluntatem suam testatus
est, de eo quod post mortem suam fie-
ri cupit.

Quænā inter testamentū & codicillos
differētia est? Codicilli primis tēporib.
hoc est Augusto imperāte, is ēm prīmus
Ius istud introduxit, nihil aliud erant,
quām appēdiculē testamēti antē facti, in
quo eos quoq; cōfirmatos fuisse oportē-
bat: et peregrē, ubi mutari testamētū cō-
modē nō poterat, fiebant. sed res ex par-
uis orta initij, tandem ferē ad testamen-
torum magnitudinem excreuit.

Quot sunt eorum genera? Duo. sunt
enī alij fideicommissarij, alij directi.

Qui sunt fideicommissarij? In quibus
scriptor uerbis utens precarijs, suam de-
rebus omnibus quæ testamentis com-
prehendi solent, hæredi suo petitionem
expofuit. Itaq; precarijs uerbis, hæredes
in

in ijs tum institui, tum substitui possunt.

Qui dicuntur directi: In quibus directis ciuilibusq; uerbis scriptoris uoluntas de legatis duntaxat alicui relinquentis exposita est.

Quænam est illorum forma? Nulla prorsus solennitas desideratur, nisi ut quinq; testes ad sint: nec refert, utrum rogati an fortuitò interuenerint.

Quoniam hactenus de testamētarijs hæreditatibus, & omnib. testamenti partibus differuisti, uidetur nūc tempus esse, ut ad legitimas hæreditates orationem traducas.

De legitimis hæreditatibus.

QUæ sunt hæreditates legitime? Quas lex XII. tabularum, & Senatus consultu quedam alicui ab intestato deferūt.

Quis dicitur intestatus? Quatuor modis intestatus quis dicitur: Testamento non facto, non iure facto,rupto irritu factio, & ab hærede destituto, id est cum hæres scriptus hæreditatem repudiauit.

Quibusnam lex ab intestato hæreditates defert? Primo loco ijs defert, quos supe-

superius s̄t̄os h̄eredes appellari dicebā-
mus: id est liberis, qui in morientis potē-
state fuerunt, siue illi naturales, siue adō-
ptiui sint.

Quot sunt suorum genera? Duo:
nam alij natura sui sunt, nimirum filij, fi-
liœue: alij successione, nimirum nepotes
aut posteriores, qui in filiorum, non e-
tiam filiarum, locum uacuum & destitu-
tum subeunt. ueluti si uno filio mortuo,
(nam ex filiabus prognatisui esse non
possunt) nepotes ex illo, eius in gradū
succedant: Lex enim his patris sui ius sic
attribuit, ut illi patrem suum repræsen-
tent, tametsi non idem omnino ius eis
concesserit.

Quidnām igitur constituit? Ut cum
in parentis demortui locum succeditur,
non in capita, sed in stirpes h̄ereditas
diuidatur.

Quomodo h̄ereditas in capita diui-
ditur? Cum tot in partes, quot succedē-
tium capita sunt, ita diuiditur, ut singu-
læ partes singulis personis attribuantur:
ueluti si tres personæ sint, & singulæ tri-
entem auferant.

Quo-

Quomodo in stirpes diuiditur? Cum tot in partes distribuitur, quot suorum naturalium capita, ex quibus succedanei extant, fuere. itaq; si quis duos filios suscepit, quorum alter uiuit, alter duob. relictis filijs decepit: hæreditas sic diuidetur, ut ille semissem, hi alterum semissem auferat: quoniam absurdum est, plus istis qui successerunt, quam illi cuius in locum successerunt, iuris dari.

Quid si filius nullus extet, sed soli nepotes ex duobus filijs? Hoc idem obseruatur, ut non pro uirilibus partibus, sed in stirpes hæreditas diuidatur: quia reuera Ius sui nō in ipsis primum, sed in ipsorum patribus constitit. quapropter absurdum esset, plus ipsis quam ipsorum patribus iuris tribui.

Et quid si ex filia prognatus, in eius locum ascendisset? Num igitur is suus non fiebat? Cum patri suo suus hæres esset, quippe cuius nomen ac gētem obtineret, quomodo in matris familia cuius nomine amitterebat, suus fuisset? Ex lege tñ Iustiniani, posteri ex sexu muliebri cū primi gradus liberis admittunt, & in stirpes

pes hæreditas inter eos diuiditur.

Age. cui post suos lex XII. tab. intestatorum hæreditatem deferebat. Si paterfa. (inquit) intestato moritur, cui situs nec extabit hæres, agnatus proximus familiam (hoc est hæreditatem) habet. nam emancipati filij (sicuti superius diximus) capite diminuti erant, & Ius sui amiserant.

Duram profectò legem narras, quæ maiorem gentium & familiarum, quam naturæ & sanguinis rationem duxit. Ita est. Verū ex Prætoris edicto bonorum possessio emancipatis dabatur, ut posterius audies, siue soli essent, siue cum alijs concurrerent.

Quis sunt agnati? Qui per virilem sexum inter se uel uera, uel ficta cognatione, nimirum adoptione, iuncti sunt: ueluti fratres ex eodem patre nati, qui consanguinei uocantur: item ex duobus fratribus prognati, qui patruelles. Itaq; quæ sibi cognatus meus quo cunque is gradus sit, adoptauit, mihi agnatus efficitur.

Omni bus ne igitur agnatis hæreditas defertur: Non omnibus, sed primū
ījs

stantum qui propinquiore gradu sunt: deinde lex Voconia, fœminas ultra consanguinitatis, id est sororum gradum non admittebat. Sed Iustinianus, idem Iuris fœminis agnatis, quod maribus, exemplo xii. tabularum attribuit.

Et quid si ex duobus qui eodem gradu erant, ueluti duobus fratribus, alter relicta liberis moriatur: ascendunt ne illius in locum ipsius liberi, quemadmodum superius de suis hereditibus dicebas: ut cum fratre superstite patruo suo hereditatem partiantur: Nequaquam. Vbi enim de agnatorum hereditatibus agitur, liberi in parentum locum non succedant. Itaque frater solus proximus agnatus numerabitur, & uniuersam hereditatem obtinebit.

Quid uero si tres fratres fuerint, quorum primus relicta duobus liberis mortuus sit: secundus autem quatuor: & nunc tertius intestato decedat. Vtrumne in stirpes, an in capita hereditas illa diuidetur: Agnatorum hereditates in capita diuiduntur: quoniam agnati qui per patrem ad hereditatem perueniunt, non

g suc-

successionis, sed proprio iure admittuntur. adeo autem successio in agnatis legge XII. tab. non admittebatur, ut si frater fratris hereditatem repudiaret, remotores agnati eam non obtinerent: sed caduca & uacans diceretur.

Aliudne Iuris postea constitutum est: Justinianus in agnatorum hereditatibus successionem permisit, id est, statuit ut in locum non capientium, posteriores succederent.

De liberorum hereditatibus.

Video ista, & iam intelligo quæadmodum hereditates primùm ad liberorum ordinē, deinde ad agnatos deferantur. Sed de parentibus qui superiorem ordinem obtinent, quid Iuris? Nūquamne ad illos liberorum hereditas trāsfertur? Siquidem liberis filijsa. sint, scis & eos, & eorū bona omnia, siue uiuentium, siue inorieniūm, in patris esse potestate.

Quid si emancipati sint? Lege Justiniani pater ad emancipati filij hereditatē, siquidem sine liberis, fratrib. aut sororibus moriatur, omnimodo uocatur: cū olim

olim non nisi fiducia contracta admittetur.

Quid est contracta fiducia? Est imaginaria illa emancipatio filij, de qua superioris diximus, reciprocata, & uicissim patri naturali, à patre fiduciario relata, ut pater eum manumittens, quasi pater eius liberti intestati hæreditatē obtineat.

Et de matribus quid Iuris? Lege XII tab. neq; mater liberis, neq; liberi matris succedebant. Nam quo lute inter se successissent, cum neq; suorum, neq; agnatorum numerum obtinerent? Cum enim mater suos liberos in potestate non habeat, suos hæredes habere non potest.

Quidnam constitutum est? S.C. Tertullianum Adriano imperante factum est, ut mater ingenua Ius trium liberorum habens, libertina quatuor, liberorum testatorum hæreditatem sic obtineant, ut tamen filio mortuo sui filia uero, liberi præferantur matri. Sed hoc quoq; Iustinianus immutauit.

Quidnam igitur constituit? Ut legitima liberorum hæreditas, eaq; solida,

cūscunque matri concederetur. ita ta-
men, ut si forores aliquæ sint, semissem
auferant: sīn fratres, aut soli, aut cum so-
roribus, tum in capita diuidat hæreditas.

Dixisti de liberorum hæreditate ma-
tribus deferenda. Nunc uicissim audire
cupio, an matrūm hæreditas, liberis de-
feratur? Orphiciano S. C. quod Mar-
co imperante factum est, cautum fuit, ut
liberi, quāuis patris in potestate sint, ad
bona matris intestatae ante consanguineos
uocentur: pōst, Imperatores quidā
statuerunt, ut etiam nepotes & neptes
eodem Iure essent.

Vtrumne de filijsfa. hæc S. C. intelli-
genda sunt, an etiam de emancipatis?
Etiam de emancipatis, & uulgo quæsi-
tis. Prorita enim regula est, Nouas hære-
ditates legitimas capitīs diminutionē
non perimi.

Agè. Quid si neq; sui, neq; agnati sint,
ad quosnam tertio loco intestatorūm hæ-
reditas defertur? Prætor bonorum pos-
sessionem cognatis defert. Sed illos qui
per emancipationem agnati esse desie-
rūt, primum admittit. Imperator autem
Ana-

Anastasius emācipati fratres & sorores reliquis om̄nibus agnatis anteponit.

Quinam cognati dicuntur? Qui per muliebrē sexū inter se sanguine coniūcti sunt. ueluti frater uterinus, itē sororis filius, aūculus, matertera: liberi itē uulgo quæsiti, cognati tum inter se, tum matri dicuntur esse.

De bonorum possessionibus.

Videris igitur ad tertium modum rerum per uniuersitatem acquirēdarum iam peruenisse, cùm hoc loco bonorum possessionem nomines. Et quænam illius definitio est? Bonorum possessio, est ius persequendi retinēdiū patrimonij, siue rei, quæ cuiuscumque cum moritur fuit, solius Prætoris beneficio instituta. nam quia hæredes Prætor facere non potest, bonorum possessionem pro suo cuique iure attribuit.

Quot sunt eius species? Duæ. nam aliæ ex testamento dantur, aliæ ab intestato: ex quo intelligere debes, disputationem hanc non tantum ad cognatorum intestatorū successionē, sed etiam ad omnia hæreditatū genera pertinere.

g 3 Quid

Quid ita? Quoniam Prætor tāquam iustitiæ minister, & dispēsator, ius cuiq; ciui suum conseruat, siue ex testamēto, siue contra testamentum, siue sine testamento ad illum pertineat.

Quot sunt honorum possessio[n]es ex testamento? Duæ, quarum altera contra tabulas, altera secundum tabulas appellatur.

Quæ est honorum possessio cōtra tabulas? Cūm paterfa. testamentum quidem fecit, sed in eo liberos suos præteriit: hoc est neq; nominatim instituit, ne que nominatim ex hæredes fecit: Prætor ijs contra lus testamenti bonorum possessionem attribuit.

Quæ est honorum possessio secundū tabulas? Est ea quam Prætor testamen ti tabulas ac scripturam sequens eiq; ob temperans, institutis hæredibus largit.

Quot sunt honorum possessio[n]es ab intestato? Olim octo fuerunt. Vndeli-heri, unde legitimi, unde dece personæ, unde cognati, unde qui ex familia, unde patronus, unde cognati, unde qui ex familia, unde patronus, unde uir & uxor, &

& unde cognati manumissor̄is: Sed nūc ex Iustiniani cōstitutione sex tantū relictæ sunt, ut mox dicemus.

Quæ est bonorum possessio unde liberis? Est quæ liberis tūm emancipatis, tūm suis ab intestato conceditur. Ut parentis intestato defuncti bona possidere Prætore auctore possint.

Quæ est bonorum possessio unde legitimis? Quæ agnatis ab intestato deseruntur: idq; ex lege X i i. tabularum. Præterea autem quotiescūq; uel lex, uel Senatus hæreditatem defert, ex hac parte eā peti oportet.

Quæ est bonorum possessio, unde decem personæ? Quæ decem personis quæ manumissori extraneo præferuntur, conceditur. nimirum filio, filiæ, nepoti, nepti, fratri, sorori, patri, matrī, aizo, auia.

Quæ est bonorum possessio unde cognati? Quæ cognatis proximis ab intestato defertur, in quibus agnati emancipati, quibus unde legitimi non competit, continentur.

Quæ est bonorum possessio unde qui-

ex familia: Quæ liberti liberis tam naturalibus, quam adoptiuis, itemq; uxori quæ ipsius in manum conuenerat, ab intestato deferebatur.

Quæ est honorum possessio unde patronus: Ea præcise sic appellatur, pro Vnde patronus, patrona, liberi parentesq; illorum uocantur: quoniam ab intestato liberto supra dictis personis defertur.

Quæ est honorum possessio unde vir & uxor: Quæ viro ab intestata uxore, & uicissim huic ab illo conceditur, quoties deficit omnis parentum, liberorum ue, seu propinquorum legitima, uel naturalis successio, fisco excluso.

Quæ est honorum possessio unde cognati manumissoris: Quæ patroni cognatis ab intestato liberto, conceditur: quorum Ius quoddam singulare & præcipuum fuit.

Et quenam illarum à Iustiniano sublatæ sunt: Vnde decem personæ, qui ex familia, unde liberi patroni, & unde cognati manumissoris: quia & libertinorū ingenuorumq; differentia in hæreditibus

tibus, & contrahendæ fiduciæ ratio ab eodem abrogatæ fuerant.

Quis ordo in bonorum possessionib. obseruatur? Is quem Prætor in edicto successorio præscripsit: id est eo edicto, quo successionem permisit.

Quid appellas successionem? Ius inter eos quibus bonorū possessiones deferuntur, ut in locum eorum qui postulationem omiserint, sequentes succedere subireq; possint. Ea autem duplex est, ordinum scilicet, & graduum.

Quæ est ordinum successio? Cum ordo personarū uniuersus, cui potissimum possessio deferebatur, illam omisit. ueluti liberorum, aut legitimorum, aut cognitorum. eaq; successio de capite in caput appellatur: nam liberis omnibus omissentibus, ad agnatos res redit.

Quæ est graduum successio? Cum primo eorum graduum qui in ordine aliquo sunt omissente, in sequens admittitur. plures enim in ordine unoquoq; reperiuntur gradus, præterquam in illo viri est uxoris. ueluti in ordine liberorū sunt filij, nepotes, pronepotes, &c.

Quid igitur obseruatur? Ut bonorum possessio non modò singulis ordinibus, uerum etiam singulis cuiusque ordinis gradibus deferatur: nec ante ad insequem ordinem deuoluatur, quam pedentim per singulos gradus decurrerit: quæ successio de gradu in gradum vulgo nominatur.

Et quid si primi tandem cunctentur, ut creditores bonorum defuncti possessio nem postulent? Prætor petendis bonorum possessionibus anni spatium parentibus & liberis præstiuimus, agnatis & cognatis, dierum centum. sic ut ius petendi omissum, continuo uel eiusdem gradus personis accrescat, uel in sequentibus acquiratur.

Quis est quartus rerum per uniuersitatem acquirendarum modus? Arrogatio: nam olim bona eius qui arrogabatur, omnia, præter ea quæ capitis diminutione pereunt, arrogatori pleno iure quærebantur.

Aliudne hoc tempore iuris obseruat: Iustiniani instituto arrogator solū usum fructum bonorum aduentitiorum, eius

eius quem arrogauit, ad ipsiſcitur.

Quis est quintus modus? Addictio bonorum, quæ à Marco Imperatore partim ut libertates conseruarentur, partim ut famæ defuncti cōsuleret, instituta est.

Quid est honorū addictio? Cum hæredē non extante bona defuncti cuiusvis, qui se æs alienum soluturū caueat, liberatum conseruandarum cauſa, ſic attribuuntur: ut etiam feruorum manumittendorum, ſi conſentiant, patronus efficiatur. Quod ſi fiscus uacantem hæreditatem occupet, libertates präſtabit.

Quis est sextus modus? Publica bonorum emptio, quæ olim auctione conſtituta fiebat: cum debitoris alicuius latitantis bonorum poffeffio creditoribus, à Prætore cōcessa eſſet, eaq; bona triginata dies ab ijs poffeffa fuiffent.

Aliud ne nunc obſeruatur? Imperatorum lege institutum eſt, ut hoc tempore ſine honorū uēditione, creditorib. honorū poffeffio iudicis officio daretur,

De obligationibus.

Videris nunc post copiosam rerum acquirendarū tractationem comode

modè ad obligationum materiam transire posse, quam tertiam huius institutionis partem ab initio fecisti. Quid igitur est obligatio? Est iuris vinculum, quo necessitate astringimur, alicuius rei solvedæ, secundum nostrę ciuitatis iura.

Quæ est prima obligationum diuisio? Ea tripartita est. nam aliæ naturales dicuntur, aliæ ciuiles, aliæ mixtæ.

Quæ est naturalis obligatio? Quæ cum reuera contracta sit, à iure tamen Quiritium non approbatur. ueluti, si seruus ciui R. pecuniā crediderit: iure quidem naturæ quæ parem omnium hominum conditionem esse uoluīt, obligatio nata est, sed prætor de ea ius non dicit.

Cedo aliud exemplum: Veluti si duo fratres qui in eiusdem potestate sint, inter se contrahant, uel pater cum filio, uel filius cum patre, uel seruus cum herili filio, uel hic cum illo.

Quæ est ciuilis obligatio? Quæ uel nunquam reuera contracta est, uel cum reuera contracta esset, facto tamen aliquo, sed ad iuris ciuilis rationem non accommodato, dissoluta est.

Cedo

Cedo exemplum prioris: Veluti ex inani chirographo, aut cum quis uitem, metu, doloue malo quippiam promiserit: nam summo iure obligatus est: unde naturum illud uetus, Summum ius, summa iniuria est. Itaque Prætor (ut aliquanto post cognoscet) iniquitatem illam in iudicio constituendo emendabat.

Quomodo alteram speciem intelligis: Ius ciuile certos instituit modos dissoluendarum obligationum: quod si alio quodammodo quis eas uellet dissoluere, naturaliter quidem & ex aequo & bono dissoluentur, at Ius ciuile ratum id non habebit.

Cedo exemplum: Veluti si creditor paciscatur se nunquam petiturum, aut debitor creditoris postulatu iurauerit se non debere: sed haec planius in exceptio num tractatu cognoscet.

Quae sunt obligationes mixtæ: Quae cum reuera, & e quissimè contractæ sint, tum etiam à iure ciuili comprobatae & confirmatae sunt, cuiusmodi sunt ex mutuo, cōmodato, deposito, empto, cōducto & ceteris simil. de quib. mox audies.

Quæ-

Quænam est secunda obligatio-
num diuisio? Ea bipartita est, ut aliæ
ciuiles sint, aliæ honorariæ, siue Præ-
toriæ.

Quæ sunt ciuiles? Qui ab aliqua Ju-
ris ciuilis parte sunt institutæ. ueluti lege
XII. tab. ut hæres legatarijs sit obliga-
tus: aut S. C. Pegasiano, ut is qui qua-
tam accepit, creditoribus hæreditarijs
teneatur.

Quæ sunt honorariæ? Quas uel Pre-
tores, uel Aediles in edictis suis institue-
runt. ueluti cum Prætor bonorum pos-
sessorem creditoribus omnibus hæreditarijs
obligat.

Quænam est tertia obligationum di-
uisio? Ea ex quadruplici facti ratio-
ne quadripartita est. Aut enim ex con-
tractu, aut ex quasi contractu, aut male-
ficio, aut quasi maleficio, obligari sole-
mus: de quibus ordine differendum est.

De contractibus.

Quid est contractus? Est negotiū
inter duos plures uero data opera ge-
stum, ut uel interque iugicem, uel alter-
tantum

tantum alteri obligetur.

Quot sunt contractuum genera?
 Duo tibi præcipue notanda sunt. nam
 alij nominati à nobis appellantur, ni-
 mirum quibus certum nomen Latinæ
 linguae consuetudo imposuit. Veluti
 emptio, locatio, mutuum: alij uero in-
 nominati.

Prius igitur de nominatis videamus.
Quot sunt illorum species? Quatuor.
 Nam alij re parere obligationem dicun-
 tur, alij uerbis, alij literis, alij solo, nudò
 que consensu.

Quid est obligationem re contrahit?
 Cum ea nō nisi re tradita, acceptaque con-
 cipiatur. ueluti in mutuo accidit, ex quo
 tum demum quis obligatur, cum rem si-
 bi traditam accepit.

Quid est mutuum? Est contractus,
 quo rerum quæ pondere, numero, men-
 sura constant, usus ita conceditur, ut po-
 stea non eadem, sed aliæ generis eiusdē
 reddantur.

Quid ita? Quia & solæ illæ res uten-
 do intereunt, nec illarum alius quam in
 consumendo est usus. Perit enim pecunia
 &

& uinum & frumentum utendo. unde mutuum quasi de meo tuum dicere solemus.

Cedo mihi aliud exemplum? Veluti in commodato, quod sic definimus: ut sit contractus, quo gratis alicuius rei usus ita cōceditur, ut accipiens summam in ea ipsa reddenda diligentiam præstare debeat.

Quænam est inter mutuum & commodatum differentia? Illud proprium est rerum quæ pondere, numero, mensura constant: hoc aliarum omnium. In illo res fit accipientis: in hoc uero nequam. In illo accipiens fortuitò rei integrū non liberatur: in hoc liberatur. commodatarius enim nō casum, sed culpam præstat, eamq; leuissimā: id est ut etiam summam diligentiam adhibeat.

Cedo item aliud exemplum? Veluti in deposito, id est contractu, quo res aliqua, ea lege apud alterum deponitur, ut is dolum tantum & nonnullam in ipsa reddenda culpam præstare debeat.

Cedo item aliud? Velut in pignore, hoc est in contractu quo res aliqua creditori

ditorio ea lege obligat, ut in illa ipsa, cum
primum ei satisfactum erit, reddeda, do-
lum & leuem culpam praestet.

De stipulationibus.

Quomodo uerbis contrahitur ob-
ligatio? Per stipulationem, id est
interrogatione certis solennibusque uer-
bis conceptam: & aptam, consentaneaque
responsonem. neque enim satis erat qui-
busuis uerbis uti: alioqui nullus ferè cō-
tractus non uerbis fieri diceretur: sed
certa solenniisque formula utendum e-
rat. ueluti spondes? spondeo. dabis?
dabo:

Aliudne ius nunc obseruatur? Leo-
nis Imperatoris lege, solennes stipula-
tionum formulæ sublate sunt: cautumque
ut quibusuis aptis idoneisque uerbis con-
ciperentur.

Vnde stipulatio dicta est? Varro
a stipe, id est, pecunia nomen hoc de-
ducit. Iurisconsulti autem ab antiquo
uerbo stipulum, id est firmum: quia nul-
lam aliam ob caussam instituta fuit, ni-
si ut aliarum obligationum firmamen-
tum esset, & arctioribus vinculis pa-
h etorum

ctorum conuentorumq; fides astringe-
retur.

Quot in partes tractationem hanc di-
uidisc? In quatuor. Primum enim de per-
sonis, quæ stipulatione uel obligare uel
obligari possunt, deinde de rebus quæ
in stipulatum deduci possunt, disputabit
mus: post de forma stipulati: postremo
de iure stipulationum.

Quibusnam igitur genus hoc obliga-
tionis conuenit? Primum cum uerbis
concipiatur, satis constat, neq; mutum,
neq; surdum, neq; infantem, neq; absen-
tem eo uti posse, tametsi quod ad absen-
tes attinet, Iustiniani instituto scriptura
quæ præsentes adfuisse reos testatur, ni-
si totum illum diem adfuisse alterutrum
probetur, rata & firma est.

Quid Iuris est in filijsfa? Filijfa. cum
in patrum potestate sint, nihil cu*n*is qui-
dem gerere negotij possunt: sed, si mod-
o puberes sint, & alios obligare, & ip-
sia filijs obligari per stipulationem pos-
sunt.

Quid Iuris est in pupillist? Pupillus
pubertati infantiaeq; proximus, obliga-
re

re sibi alios etiā sine tute rō auctore posse test. obligari uero ipse sine illo auctore non potest.

Quid Iuris est in seruis? Stipulatio est Iuris (ut antea diximus) Quiritium, siue ciuilis: cuius serui plane expertes sunt. Itaque neq; dominis suis, neq; ulli alteri, stipulando obligari possunt: obligare autē alios suis dominis possunt: quia ex persona dominorum stipulandi ius habent.

Semperne igitur serui stipulando suis dominis acquirunt: Semper: etiā si uel sibi, uel conseruis, uel etiam nulla persona nominata stipulati sint, nisi forte factum in stipulatum deduxerint: ueluti ut sibi ire agere liceret. Tū enim ipsi soli ire agere poterunt: tametsi non tam pro suo quam pro domini Iure, hoc est, ut nō tam ipsi ius eundi habeant, quam dominus ius ipsos transmittendi:

Quid si seruus sit communis? Tum singulis dominis pro dominij parte acquirit: nisi forte uel unius iussu, aut nomine, uel quod unitantum acquiri possit, stipuletur.

Ecquidnam habes præterea de personis dicere? Cum stipulationes instantiae sint, ut unusquisque sibi acquirat quod sua interest, & ciues Romani certam quandam formulam haberent, qua quod inter se negotij gessissent, uoce ac lingua sua testibus audientibus pronuntiarent: satis constat, & sibi quenque stipulari, & de se promittere deberet. Itaque nec qui alteri, quam ei cuius in manu est, stipulatur, promissorem obligat: nec qui daturum facturumue aliū promittit, stipulanti obligatur, nisi forte pœnæ stipulatio subiungatur.

Quid si sub disiunctione stipulatio concepta sit: ueluti, Mihi aut Titio dare spondes? Qui se uel stipulanti uel alteri daturum spondet, recte obligatur. quoniam in hac formula soli stipulatori obligatio acquiritur, & extra-nea persona magno promissoris commodo adiicitur: ut ei etiam inuito stipulatore soluere liceat.

Quid igitur si quis post suam, uel promissoris mortem, sibi dari stipuletur: tum enim uel alteri quam sibi, uel ab al-

ab altero quām à promissore dari, stipulari uidetur? Olim inutilis erat illa stipulatio: sed Justinianus pro suo imperio eam ualere uoluit.

Et quid si pridie quām uel ipse, uel promissor moreretur, sibi dari stipuletur? Hæc quoque olim fuit inutilis. quia cùm in eum diem concepta esset, qui nunquam nisi post mortem alterius certus esset, uī ipsa atque effectu in tempus morte posterius, ac proinde in alienum concepta uidebatur: at idem Imperator hanc quoque ualere uoluit.

Quid si cum alteruter moreretur, stipulatus sit? Valet illa formula: neq; enim extranea persona in stipulationem deducitur, quoniam in Iure nostro momentum moriendi non morti sed uitæ attribuitur.

Quarum rerum stipulatio contrahit potest: Non tantum res omnes quarum commercium est, & quæ stipulatoris non sunt, sed etiam facta in stipulatum deduci possunt: sic ut & fieri & non fieri aliquid rectè stipulemur.

Prius de rebus uideamus. Quid si res in rerum natura nō sit: ueluti si quis mortuum seruum imprudens stipuletur? Stipulatio earum rerum quæ in rerum natura non sunt, sed fore sperantur, ualeat. Veluti frumentum aut uinum nasciturum. Sed earum rerum quæ nec sunt, nec esse possunt, nihil ualeat.

Quid si res in hominum quidem commercio sit, sed non in eius qui stipulatur. Veluti si quis in prouincia cum potestate, aut legatione sit, cui Cicero scribit nihil præter mancipium in demoratu locum emere licet? Stipulatio nullius momenti est.

Quid si stipulationis tempore in commercio quidem non fuerit, postea esse cœperit? Veluti si quis stipuletur hominem liberum cum seruus erit sibi dari. Rei commercio exemptæ stipulatio adeo nulla est, ut ne sublata quidem ea qualitate conualecat. De his enim rebus negotium recte gerimus, quæ subiici dominio nostro statim possunt.

Quid si stipulationis quidem tempore

pore promercalis res fuerit, sed postea esse desierit? Vitium illud superueniens stipulationem quamvis ualidam extinguit.

Quid si quis rem suam quam alienam esse putabat, stipuletur? Inutilis stipulatio est: quia dari nobis quod nostrum est, non potest.

Quid ergo si rem alienam in eum casum quo nostra futura est, stipulemur? Stipulatio nullius momenti est: quia tum agere ut nobis illa detur, non possumus.

Quid si de alia re stipulator, de alia promissor cogitarit? Nihil actum est. Stipulatio enim ex utriusque consensu contrahitur: errantis autem nullus est consensus.

Quoniam de rebus audiuimus: quero deinceps quid de facto iuris est? Non tantum fieri, sed etiam non fieri a liquid recte stipulamur. Veluti nauem aedificare spondes: aut parietem tuum te altius non sublaturum spondes? Sed hic quiddam proprius obseruandum est.

Quidnam illud est? In stipulatio-
nibus facti, uel non facti, ut quan-
tum intersit constet, pœna semper sub-
iæcienda est. ueluti, si aduersus ea fa-
ctum erit, siue quid ita factum non erit,
tunc pœnæ nomine decem aureos dare
spondes?

Quænam est stipulationis contrahen-
dæ forma? Ea triplex est: nam aliæ pu-
ræ, aliæ in diem, aliæ sub conditione con-
cipiuntur.

Et quid si certo loco nobis dari sti-
pulemur, ueluti Lugduni, aut Antuer-
piæ: sub qua specie formulam hanc
complecteris? Sub secunda. nam
hæc stipulatio spatium ad locum per-
ueniendi complectitur. itaque qui eo
loco dari stipulatur, quo præfinita die
perueniri non possit, inutiliter stipula-
tur. ueluti si quis Lugduni erat, stipulare-
tur hodie sibi Antuerpiæ dari.

Et quid si quis sub impossibili con-
ditione stipuletur: ueluti si dígito cœ-
lum tetigerit? Stipulatio sub impos-
ibili conditione concepta, nisi ad non
faciendum pertineat, nullius momen-
ti est.

ti est. Veluti si intra Calendas dígito cœlum non tetigero.

Quid ita? Quia istiusmodi adiectio-
nes, non uim conditionum habent, sed
figuram tantum. nam qui sub conditio-
ne quæ omni modo extatura est, stipula-
tur, pure stipulari uidetur. & profectò i-
ta est, ut quæ conditiones affirmādo ad-
iectæ, impossibiles sunt, eæ inficiando
adiectæ, necessariæ reperiantur.

Quid igitur in forma stipulationis
concipienda obseruandum est? Ut pro-
missor ad interrogatum respondeat, id
est eodem plane modo quo interroga-
tus est. Nam stipulator uerba promisso-
ri præire quodammodo uidetur. Itaque qui
pure stipulanti, sub cōditione, uel in diē,
aut ex contrario promittit: non obliga-
tur. Qui uero uno hoc uerbo Spōdeo, re-
spondet, ad omnia respondisse iudicatur.

Quid igitur si stipulator plures res u-
na uerborum conceptione complecta-
tur? Siquidem alter simpliciter respon-
deat, Dabo: propter omnes obligatur.
Sin certas in responsione nominet, uel u-
ti illas & illas dabo, de ijs tantum obliga-
tur

tur: quia, quot res in stipulationem deducuntur, tot stipulationes numerantur.

Est' ne altera stipulationum diuisio ac
earum formam pertinens. Est altera,
eacq; quadripartita. Nam aut unus tatum
ab uno, aut plures à pluribus, aut unus à
pluribus, aut plures ab uno stipulantur.
Atque illud est quod dici solet, & stipu-
landi & promittendi, duos plures ue reos
fieri posse.

De correis stipulandi & promitt.

QVi dicuntur rei stipulandi & pro-
mittendi. Illi ipsis qui quid uelsti-
pulantur uel promittunt. Nam (ut Cice-
ro libro de Oratore secundo scribit) Ve-
teres reos appellabant eos, quorum de-
re agebatur.

Quomodo plures rei stipulandi sūt?
Cum post plurium interrogationem li-
mul omnibus respondetur. ueluti si Titi-
tius à me sic stipuletur, decem dare spo-
des? Deinde Mētius, Eosdem decem da-
respondes? nam si respondeā, Spondeas
socios illos unius eiusdem q; summæ in
solidum efficio.

*Quid igitur si prius Titio sponde-
rem:*

rem: deinde Mævio interrogant sterum sponderem: Singulæ responsones singularis interrogationibus redditæ, & res & reos separant: Itaq; non una tantum obligatio, sed duæ conceptæ sunt.

Quomodo plures rei promittendi unit? Si coniunctim interrogati separatim respondeant, ueluti Mævi, quinq; aureos dare spondes? & Semproni, quinq; aureos dare spondes? Nam si respondeant singuli separatim, spondeo: duo correi promittendi erunt: Vnica enim stipulatio, cui plures respondent, unus eiusdemque rei obligatos promissiores efficit.

Age, quod superest uideamus. Quod nam stipulationum ius est: Ius stipulationum pro cuiusque formula & ratione æstimandum est. Itaque de singulis singulatim percontari oportet.

Quod ius est puræ stipulationis: Ut pecunia statim quidem debeatur: petita men ante tempus, quo commode satisfieri queat, non possit.

Quod ius est stipulationis in diem:
Ut pecunia statim quidem debeatur,
sed

sed peti nisi sua die præterita non possit.
Totum enim medium tempus ad soluē-
dum, liberum promissori relinquitur. I-
taq; qui anno uel mense certo dari stipu-
latur, nisi omni eo tempore exacto, non
recte petet.

Quod Ius est conditionalis stipulatio-
nis. Ut ante conditionis euentum nō
debeatur, sed tantum spes sit debitum i-
rit: nam hæc formula obligationē in con-
ditionis euentum differt.

Quoniam conditiones non tantum
futuri de quo locutus es, sed & præteriti
& presentis temporis esse possunt, quod
erit Ius illarum, si sic concipiantur. Ve-
luti, si Titius Consul fuit, uel si Mævius
uiuit. Conditio ad præsens præteritūm-
ue tempus relata, siquidem uera est, pre-
sentem obligationem parit: sin minus,
eam eneruat.

Et quid si ante conditionis euentum
aut stipulator aut promissor deceaserit?
Nihilominus durat obligatio, & ad hæ-
redes transfertur. nam & illius haeres a-
gere, & huius conueniri poterit.

Quid? Cum stipulatum est certo loco
dari,

dari; quid iuris? Cui certo loco dari sit stipulatur, adeò spatium eò perueniēdi de disse intelligitur: ut si spatium præciderit, ueluti si qui Lugduni erat, stipuletur eo die sibi Antuerpiæ centum dari, nihil egisse iudicetur.

Quid uero si quis sibi simul & alteri dari stipuletur? Qui sibi & alteri dari stipulatur, dimidiam tantum partem stipulari uidetur. Pars enim alterius, quasi inutiliter adiecta, deducitur.

Quid si plures rei stipulandi promittendi facti sint? Vbi plures stipulandi rei sunt, singulis in solidum debetur: & uno accipiente omnium extinguitur, obligatio. Vbi autem plures promitti rei sunt, singuli in solidū tenentur, & unius solutione cæteri omnes liberātur.

Quid si ex correis alter pure, alter sub conditione obligatus sit? Pure obligatus, statim: alter uerè commissa conditio ne conueniri poterit.

Quid sequitur nunc? Ut de literarū obligationibus dicamus, sed prius de fideiissionibus, quæ per stipulationem fiunt, & ut aliam obligationem confirmens

ment institutæ sunt, breuiter explicandum est.

Quis dicitur fideiussor? Qui fide ac periculo suo suadet, ut id de quo agitur, fiat: quoniam eius euentum præstat.

Quæ nam est fideiussionis formula? Centum à me Tito tua fide credita es- se iubes? Iubeo. libere autem pro uelle, ac suadere ueteres dixerunt. Itaque fide sua iubet, qui auctor ac suasor est, ut alteri quid credatur. Vnde fideiussio & antecedete & subsequi principalem obligationem potest:

Et cui nam obligationum generi fideiussio adhibetur? Omni prorsus: siue naturalis, siue ciuilis obligatio sit: adeo ut fideiussio pro seruo facta ualeat. Item siue re, siue uerbis, siue literis, siue consensu contracta sit: dummodo gravior fideiussoris quam rei principalis obligatio non sit, leuiorem enim esse nihil prohibet.

Et quid si plures fideiufferint? Vbi plures fideiufferunt, singuli in solidum quidem obligātūr: sunt enim correi promittendi. Sed Imperatoris Adriani be- neficio,

neficio, si litis contestatae tempore, omnes soluendo sint, pro uirili tantum tenentur: sin minus, onus ipsius confidens sūscipiunt. Ei uero qui solidum soluerit, non succurritur.

De literarum oblig.

DEinceps ad tertium obligationum contrahenda genus transeamus.

Quid est literarum obligatio? Conſuetudo Latine loquentium est, ut literarum uerbum ferē pro scriptura usurpet: itaq; literarum obligatio ea est, quæ per scripturam fit.

Omnis' ne igitur per scripturam obligatio facta, ueluti per syngrapham, aut chirographum literarum obligatio dicitur? Dici quidem posset. Sed docendi cauſa hæc appellatio ad nomina que olim ex consuetudine populi Rom. in tabulis accepti & expensi fiebant, contracta est: itaque nominum obligatio saepè appellatur.

Et quo' nam id fiebat modo? Cum alicui quid expensum ferebatur, id est scribebatur in tabulis, aliquem alicui certam

certam pecuniam expendisse, siue adnu-
merasse. Nam cum tabulæ illæ in iudiciū
testes obligationis proferebātur, fidem
faciebant.

Nunquid hodie ius istud usurpatur?
Sanè quidem. Nam & nunc mercatorū
codices fidem faciunt. Sed tamen mori-
bus Populi R. sublati, Justinianus insti-
tuīt, ut qui se quod nō debet debere scri-
pserit, nisi intra biennium apud magistra-
tum testificetur, falsam & inanem eam
esse cautionem: postea ex eo chirogra-
pho conuentus soluere cogatur. Nam
exceptio non numeratæ pecuniæ, ut suo
loco cognoscet, ei non dabitur.

De obligationib. ex consensu.

A Gè quodnam est quartum contra-
hendarum obligationum genus?
Consensus. sunt enim obligationes quæ
dam, quæ sine rei traditione, sine stipula-
tione, sine nominibus, nudo consensu,
solaq; conuentione contrahuntur. unde
& inter absentes & inter surdos, ac mu-
tos recte fiunt. Sunt autem quatuor: em-
ptio, locatio, societas, & mandatum.

*Quid est emptio? Emptio & uendi-
tio*

tio est contractus bonaे fidei inter quos
Iure ciuilī licet nudo consensu factus, de
re certa, certo pretio, in perpetuū domi
ni Iure obtainenda.

Quot in partes hæc disputatio diui
ditur: In quinq; de personis, de rebus
& pretio, de forma contrahendi, & con
tractus iure.

Quid: in personis quid requiritur?
Ut contrahentes capaces sint obligatio
nis. nam furiosus, prodigus, item pupil
lus, sine tutoris auctoritate obligari, ut
superius diximus, non potest.

Quarum rerum emptio consistit? O
mnium quæ in commercio sunt, siue cor
porales, siue incorporales sint. itaq; Iura
& seruitutes recte uendi possunt: atque
etiam res, quæ nondum in rerum natura
sunt, sed fore sperātur, ueluti fructus fun
di, aut ancillæ partus, aut captus pisciū,
uel auium. nam et si nihil inciderit, tamē
spei emptio facta iudicatur.

Quid si quis rem commercio exem
ptam emat? Tum siquidem id sciens
ac prudēs fecit, nihil egisse iudicatur: sin
ignorans, scientem uenditorem quanti

i sua

sua interest astringit.

Quid in pretio requiritur? Ut defi-
nitum sit & certum: si minus nobis, sal-
tem re ipsa & ueritate. ueluti quanti emi-
sti, quanti uendere potero: at illa, quan-
ti uoles, quanti & quum putaueris, con-
tractum uitiant.

Quid si pretij constitutio in extra-
neum collata sit? Tum ex Iustiniani
imperio uenditio conditionalis effici-
tur: ut illo demum arbitrante constare
possit.

Quid præterea? Ut in pecunia
numerata consistat. Nam ut emptio
contrahatur, corpus cum quantitate cō-
mutari oportet: at si corpus cum corpo-
re, ueluti monile cum annulo: uel quan-
titas cum quantitate, ut numus Galli-
cus cum Italico commutetur, permuta-
tio est.

Quænam est emptionis contrahen-
dæ forma? Ea duplex est. aut enim nu-
do consensu, ut superius diximus, con-
trahitur: quod fit cùm nominatim non
conuenit, ut contractus in literas re-
ferretur: actum cùm primum de pre-
tio

tio conuenit, quamvis ne arrha quidem data sit, obligatio nascitur: aut per scripturam.

Quomodo per scripturam contrahuntur? Cum disertè conuenit, ut instrumētum eius conficiatur: tū enim perfectus contractus erit, cum aut à contrahentibus scriptius subscriptusque, aut à tabellione perscriptus, partibusq; recitatus sit. nam emptor postea consilium mutans, datas arrhas amittit, uenditor duplicatas reddit.

Quodnam istius contractus ius est? Primum ut contrahentes non tam ex eo quod nominatim lingua nuncupatum est, quam quod bonæ fidei & æquitatis ratio postulat, inuicem obligentur.

Quid postea? Ut emptione contracta nihilominus rei dominium penes uenditorem maneat, usq; dum & rē trādiderit, & pretium acceperit.

Quid præterea? Ut eiusdem rei tum periculum, quod sine uendoris dolo, culpaue contingit, tum emolumentum, ad emptorem quamvis nondum rem

i 2 accepe-

acceperit spectet. Veluti si fundus uen-
ditus uel eluvione perierit, uel alluvione
accruerit. At uendor rei custodiam su-
scipiens, periculum ipsius præstat.

De locatione & conduct.

PErge porrò, quid est locatio? Est
contractus bonæ fidei de re aliqua
certa mercede uel facienda, uel ad tem-
pus utenda, inter quos iure ciuili licet
factus.

Ergo & in rebus utendis & in operi-
bus faciendis hic contractus usurpatur?
Ita est. Locare nanc̄ est utendum, uel fa-
ciendum aliquid dare. Conducere uero
rem utendam, opus uel faciendum merce
de accipere. Sic inquilinus qui domum
utendam accepit, cōductor dicitur. Do-
minus qui dedit, locator. Sed in opere fa-
ciendo, communis utriusq; huīus uerbi
uis & significatio est. nam quatenus suā
operam uendunt, locatores dicuntur:
quatenus opus faciendum suscipiunt,
conductores.

Quot in partes hæc disputatio diuidi-
tur? In totidem quot illa de emptione.
Nam emptio & locatio eiusdem iuris re-
gulis

gulis finibusq; continentur: sed pretij lo-
co mercedem hic, ut in definitione dixi-
mus, appellamus.

Quid igitur in mercede obseruan-
dum est? Ut in pecunia numerata con-
sistat. alioqui si unus ea lege quid faciat,
ut alter uicissim aliud quid faciat: ueluti
cum ultro citroq; res utenda fruendae
traditur: ut si alternis diebus tu meo, ego
tuo boue ad arandum utar, locatio con-
tracta non dicitur.

Quodnam ergo nomen huiusc contractus erit? Nullum aliud habet nisi fa-
cio ut facias, itaq; non ex nudo consen-
su, sed ex re ab uno praestita, obligatio-
nem parit: estq; ex eo genere contractu-
um, quos superius innominatos appel-
lari dicebamus.

Et quid si non certa merces fuerit, sed
in sempiternum, uel in longissimum te-
pus res fruenda ea lege tradatur, ut quan-
diu merces soluatur, ad dominum non
redeat? Imperator Zeno hunc contra-
ctum ἡμφύτευσις nominauit: eiq; ius hoc
attribuit, ut nisi aliud cautum sit, rei to-
tius interitus ad dominum pertineat, par-

Quamobrem sic appellatur? Cum ~~l~~
outēvēp cōserere significet, apparent tum
illas pāctiones usurpari cæptas, cum a-
gri deserti atq; inculti non facile colonū
reperiebant, qui cum impendium ma-
gnūm in eorum cultura, & consitione,
ac melioratione fecissent, ab ijs discede-
re cogerentur. Institutum igitur fuit, ut
non ad breue tempus, sed uel in perpe-
tuū, uel ad longissimum illi agri fruen-
di annua mercede traderentur.

Quod locationis & conductionis ius
est: Ut conductor summam diligentia
in re utenda opereue faciendo præstet,
& leuissimæ culpæ nomine obligetur.
Item ut si artifex constituto pretio quid
efficiat, siquidem ex sua materia id fa-
ciat, uenditio: sin eius qui duxit, condu-
ctio contracta intelligatur.

De societate.

Quid est societas? Est cōtractus bō-
næ fidei, de alicuius uel rei uel ne-
gotiationis cōmunione sic institutus, ut
eius & quæstus & damnum ad unum-
quenq;

quenque communiter pertineat. Non minus enim damni, quam lucri ratio ducēda est. alioqui societas ita contracta, ut ad unum solum lucrum sine damno pertineat, Leonina uocatur.

Quid ita quæso? An non Aesopī fabulæ meministi, qua Leo, asinus & uulpes societatem prædæ coiserant: & cùm leo iussisset asinum diuidere, ille autem æquabiliter diuisisset, à leone dilaniatus est, proptert cum uulpē diuidere iussisset, uulpes illi maximam partem, sibi minimam attribuit. interrogata igitur à leone, quis eam diuidere docuisset: Calamitas asini, respondit. unde docemur, contrahendam cum potētioribus societatem non esse.

Quot sunt huius disputationis partes? Totidem quot superiorum: quia etiam quicquid de personis & rebus dictum est, hoc idem in hoc quoque contratu ualeat.

Quænam est societatis contrahendæ forma? Ea duplex est. aut enim partes definitæ sunt, aut indefinitæ. & rursus si definitæ sunt, aut bonorū omniū societas

**contracta est, aut certæ unius uel rei, uel
negotiationis.**

**Quod Ius est societatis bonorum o-
mnium? Vt omnes res quæ coeuntium
sunt, quæq; ijs acquiruntur, ipso Iure cō-
municentur. ueluti hæreditas, legatum,
donatum, aut quacunq; ratione partum.**

**Quod Ius est societatis de una re, uel
negotiatione contracta? Vt solius eius
rei quæstus sit communis: ac proinde re
illa uel profecta, uel perempta societas
dissoluatur.**

**Quid? Licetne contrahentibus arbit-
ratu suo societatis partes definire? O-
mnino duæ regulæ conseruandæ sunt:
quarum prior hec est, In societate par es-
se debet fructus, & impedi ratio: hoc est,
ut qui plus minusue contulerit, plus mi-
nusue auferat. Altera in societate parem
esse damni & lucri rationem oportet: ue-
luti, ut qui bessem lucri percipit, idē bes-
sem damni percipiāt: ac uicissim qui tri-
entem lucri percipit, idem lucri tantum
trientem auferat. Nam si Titius & Seius
inter se pacti sint, ut ad Titium lucri duæ
partes pertineant, damni tertia, ad hunc
duæ**

duæ partes damni, lucri tertia, pactio iniusta est.

De priore igitur uideamus. Quid est impendium? Non tantum pecunia aut merces, uerum etiam opera atque industria, plerunque enim multo pluris est industria quam pecunia, ut Cicero in oratione pro Q. Roscio demonstrat. itaque societas ea probatur, quam ille narrat inter Rosciū & Fannium contractam fuisse: ut unus pecuniam, alter solam operam industriā ue conferret. Fannius enim Panurgum seruum emerat. Roscius eum arte histrio nica instituerat, cōmuniſ inter eos erat.

Ergo si quis præter æquam pecuniæ partem, insuper etiam operam insumat, & plus impendiū fecisse dicetur, & maiorem quæstus partem sibi de pacisci poterit: Rectè accipis. uelut si uterque quin quaginta impenderit, alter autem insuper operam quæ uiginti æstimetur: quia septuaginta impeditissi iudicatur, septuaginta ex fructu auferre debebit.

Nunc de altera uideamus. Si semper parem lucri & damni rationem esse oportet, multa incommoda consequi ui-

i 5 dentur:

dentur: ut is qui maius fecit impendium, maiorem sibi lucri, minorem uero damni partem pacisci non possit. Quid enim si qui septuncem in societatem contulerat, septuncem quidem lucri, semissem uero damni sibi paciscatur? Sanè si hoc non possit, plus illud quod in societatem contulit, quod prodesse sibi oportuit, ipsi magnopere oberit. etenim si nō plus quam alter contulisset, nihil plus damni quam semissem sensisset. Non sat perpendisti.

Quid ita? Quia in hac specie, & multis similibus, propter istud maius impendium, pactio rem ad summā æquitatem reuocat: ne quae res prodesse debuit, ea detrimentum afferat. itaq; ne hæc quidē pactio improbatur, ut nullius partem damni alter sentiat, lucrum uero communis sit: nimirum cum tanti est opera quae insuper impeditur, quanti est damnum.

Dic quæso istud paulo planius? Ve luti si sexaginta uterq; nostrum impenderit, ego uero insuper operam meam, cuius estimatio uiginti sit aureorum: ac proinde octoginta impendisse iudicer.

Nam

Nam si damnum acceptum est, dummodo non sit pluris uiginti, pactio ualebit, ut id damnum ad me non pertineat. Denique hæc ita demum pactio ualebit, cum ego ex lucro non maiorem fructum quam tu, percipiam: quamuis maius impendium propter operam meam fecerim.

Video ista: sed mihi quæstio quædā in mentem uenit, quæ ad utramq; regulam pertinere uidetur: an qui non minus fecit impendium, maius emolumentum, ueluti bessēm lucri, pacisci possit? Potest ex secunda regula nimirum, si partem tam damni, quam lucri partem sibi paciscatur.

Dixisti de partibus definitis: quid si partes definitæ non fuerint? Tum ex æquo contracta societas intelligitur.

Quid si alter plus altero impendijs fecerit? Aristoteles libro Politicorum tertio scribit, æquum non esse, ut qui minus impendit, æquam fructus partem ferat. Itaque cum pro rata parte sui impendijs singuli fructum ferent, æquabilitas optimè conseruabitur.

Quid

**Quid habes amplius de hoc contras-
tū dicere? Duo generalia præcepta te-
nenda sunt, quorum alterum ad tuendā,
alterum ad dissoluendam societatem
pertinet.**

**Quid in illa tuenda obseruādum est?
Ut in communībus rebus ea diligentia
adhibeatur, quam quisq; in reb. suis præ-
stat: item ut si quis societati malitiosē re-
nuntiet, id est cum solus lucrum aduenti-
tium captaret, lucrum illud in commu-
ne conferat, & quod interea societati ob-
uenerit, totum ei cui renunciatum est, ac
quiratur.**

**Quid in dissoluēda societate Iuris est?
Ut societas unius morte nisi aliter cau-
tum sit, dissoluatur: item negotio cuius
societas coierat absoluto, bonorum præ-
terea unius uel publicatione, uel cessio-
ne: id est cùm unus ex socijs ære alieno
oppressus, creditoribus bonis suis cede-
re cogitur.**

De mandato.

DEinceps de mandato differamus.
**Quid est mandatum? Est contra-
ctus honeste fidei, de eo quod fieri sine mer-
cede**

cede conuenit, periculo mandatoris exequendo, inter quos iure ciuili licet factus, mandare nanc̄, est negotium dare.

Quot sunt huius disputatiois partes? Quatuor, personæ, res mandata, forma mandati, & ius contractus. Neq; enim ultimum premium aut merces potest intercedere, alioqui mercede interposita locatio & conductio contracta dicitur.

Quid in personis obseruandum est? Idem quod in superioribus diximus, nimirum ut uterq; sit contractus & obligationis capax.

Quid de re? Ut ex mandato rei quæ bonis moribus aduersatur, nulla nascatur obligatio. ueluti ut uulnus, ut cædes, aliud ue maleficium committatur.

Quotplex est mandandi forma? Quadruplex. tot enim de caussis mandatum factum obligationem parit: siue mandantis solius, siue mandantis & mandatarij, siue extranei, siue coniunctim plurium.

Cedo mihi cuiusc̄ exemplum? Mandantis: ueluti ut ei fundus ematur: Mandatarij, & mandantis: ut pecuniam credat

dat ei, qui in rem ipsius mutuaretur. Alio-
ni; ueluti ut Titij negotia gerantur. plu-
rimum coniunctim: ueluti ut communia
negotia sua & alieni gerantur.

Quid si solius mandatarij gratia man-
dato nō sit? Quod mandatarij solius in re
est, quasi merum esset cōsilium, nullā o-
bligationem parit: nam qui amico con-
silium dat, quia sua nihil interest, obliga-
re illum non potest: obligari autem ipse
propterea non potest, quia hi cōtractus
(ut superius diximus) ultro citroq; obli-
gationem pariunt.

Quod est ius istius contractus? Ut
& is qui mandatum recipit, protinus ad
officium præstandum obligetur: alio-
qui quanti mandatoris intererit, tenea-
tur: & uicissim qui mandauit, in id quod
alter de suo impenderit, obligetur. Om-
nino autem, ut & reuocatio re integrā
facta, & mors alterutrius mandatum ex-
tinguat.

Quid præterea? Ut dolus & leuis cul-
pa præstetur: item ut qui extinctum mā-
dandum ignorās illud perfecerit, alterum
obligatum habeat.

De quasi contractu.

Quid sequitur nunc? Ut de obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur, differamus: hoc est, quæ neque ex contractu, neque ex delicto propriè nascuntur, quia neque contractum est, neque delictum ullum admissum: sed quia rei priuata negotium gestum est, i.e. circa sic appellantur.

Quid' nam inter has & illas superiores interest? In contractibus conuentio interuenit, ac uoluntas utriusq; non modò concurrit, uerum etiam negotio causam dedit: In his, aut certè plerisq; earum unius solius facto, tum ipse, tum etiam alter tacite obligatur: quia eo animo uterque fuisse iudicatur.

Cedo mihi aliquot exempla: Velluti si quis negotium absentis & ignorantis sua sponte ac sine mandato ges sit. præsumitur enim negotiorum gestor eo animo negotium gerere, ut ex dolo & culpa obligetur: uicissimq; etiā dominus eo animo esse iudicatur, ut libenter se negotiorum gestori obligat uelit, si quid suo nomine impendar.

Itaq;

Itaq; quasi ex contractu, id est ex tacito ac præsumpto contractu, nasci hæc obligatio dicitur.

Cedo item aliud: Cum pupilli tutela gesta est, nam ex tutelæ administratio ne, & tutor pupillo, & uicissim hic illi, de eo quod tutor præstiterit, tenet: iudiciumq; sic datur, quasi gestum inter eos negotium fuisset.

Vis etiam tertium addere: Quidni? Cum igitur quidam non sua sponte, sed casu in communionem alicuius rei inciderunt, ueluti si duobus res eadem legata donatâue sit, si cui eorum quid eius rei causa uel decessit, uel accessit, puta, quia uel impedit de suo, uel fructus percepit, perinde quasi inter se contraxissent, ita alter alteri obligatus est, eoq; nomine iudicium, quod communî diuidendo appellatur, inter eos redditur.

Adde etiam, si uidetur, quartum: Cum plures cohæredes instituti sunt, si quis eorum uel fructus percepit, uel necessarios sumptus fecit, familiæ erciscundæ, id est hæreditatis diuidundæ iudicium inter eos redditur: ut & hæreditas diuidatur,

datur, & quod eo nomine alterum alterius dare facere oportebit, præstetur.

Quid si quid ab hærede legatum est? Recte accipis. tum enim legatarius eque aduersus hæredem agit, quocum tamen nihil unquam contraxit, negotijsque gesit, ac si contraxisset: quoniam hæres hæreditatem adiens, tacite cum omnibus legatarijs contrahere, se sequere ijs obligare iudicatur.

De contractibus innominatis.

Quoniam de contractibus nominatis exposuisti, uidetur nunc tempus esse, ut de innominatis explices. Quot sunt eiusmodi contractuum genera? Quatuor. Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias.

Quamobrem sic appellantur? Quoniam nullum ex Latinæ linguae consuetudine certum ac proprium nomen habent. tametsi enim prima specie ad nominatorū similitudinem accedere uideantur: tamen propter Iuris ciuilis subtilitatem ab ijs magnopere discrepant.

Quid ita? Quia Iurisconsulti nominatos contractus certis finibus, & ut ita k dicam,

dicam, proprietatibus definierant, formulamq; litium atq; actionum, quæ ex ijs nascerentur, certis conceptisq; uerbis ita composuerat, ut neq; alio modo ex ijs, neq; ex alijs contractibus illo modo agi liceret: unde illud uetus, ut qui formula caderet, caussa caderet.

Sed satius est ab exemplis ista cognoscere. Quis est contractus Do ut des? Cum id negotium gestum est, quod neque emptionis, neq; ullius alterius nominati contractus nomine appellari potest: sed contuentum est, ut res pro re detur: uelut in Permutatione & negotio Aestimatorio.

Quid: Permutatio nunquid proprium & singulare nomen habet? Nequaquam. Permutationis namq; species quædam est, emptio & uenditio. Itaq; ueteres mutare pro uendere, ut Græci απαλλάξεωι dicebant, & ante numerorum obsignationem omnes emptiones permutatione siebant.

Quidnam igitur inter emptionem & permutationem interest? In illa res cum pretio, in hac res cum re commutatur

tatur: illa ex nudo consensu obligacionem parit, hæc ex rei unius traditione.

Quod appellas negotium æstimatorium? Cum alicui res æstimata ea lege uendenda datur, ut uel rem incorruptam reddat, uel æstimationem de qua conuenit, referat. quæ conuentio quam sit aliarum omnium nominatarum dissimilis, ipse tua sponte animaduertis.

Quis est contractus, Do ut facias? Cum id conuenit fieri, quod locari non potest: ueluti ut centum aureos Octauio dem, ut seruum suum manumittat.

Quis est contractus, Facio ut des? Is qui cum superiore reciprocatur, ueluti si conuenerit, ut seruum meum manumittam, & tu mihi centum solvas.

Quis est contractus, Facio ut facias? Cum neq; gratis, neq; mercede pecuniaria constituta quid fieri conuenit: sed ut factum pro facto reddatur: uelut in illo quod superius diximus, ut uicini bobus suis alternis diebus uterentur. nam locati & conducti

actionis formula, nisi ubi pecuniaria
merces fuit, non datur.

Et quo' nam modo omnes isti contra-
ctus obligationem pariunt? Re tan-
tum modo: id est, ubi iam ab altero datum,
factum est, tum enim alter ad uicissim
dandum, aut faciendum obligatur.

De dissoluendis obligationibus.

ADhuc quibusmodis obligationes
contraherentur, exposuisti. Nunc
quibus illæ dissoluantur modis, scire cu-
pio. Obligationes quatuor potissimum
distrahuntur modis: solutione, acceptila-
tione, nouatione, & delegatione.

Quomodo solutione distrahitur obli-
gatio? Cum uel ea res quæ debetur, uel
si modò creditor consentiat, altera præ-
statur, nam inuito creditorí aliud pro a-
lio solui non potest. Quinetiam non mo-
dò ab alio quam debitore, sed etiam i-
pso ignorantे & inuito, solutio fieri pōt.

Quid uerò si duplex obligatio est, u-
na rei principalis, altera fideiussoris?
Tum alterutrius solutione utraq; tollitur
obligatio, fideiussor autem soluēs actio-
nem creditoris in debitorem, id est Ius
per-

persequendī debitoris quod creditor habuit, acquirit.

Quid est acceptilatio? Acceptilatio generali nomine, est in tabulas acceptæ pecuniaæ relatio: speciali uero & proprio à Iurisconsultis bifariam accipitur. aut enim vulgaris est, aut Aquiliana.

Quæ est vulgaris? Est ea, quæ una stipulatione constat: cùm is qui uerbis obligatus est, à suo creditore stipulat sic: Quod tibi debeo, habes' ne acceptum? Cùm enim creditor & illius nomen expunxisset, & æs acceptum ei retulisset, respondebat: Habeo, acceptumq; tuli. neq; ad aliam, quam uerborum obligationem, adhiberi hæc stipulatio poterat.

Quæ est Aquiliana? Est ea quæ mutua & reciproca stipulatione constat, & ad omnes omnium generum obligaciones dissoluendas à C. Aquillio Gallo instituta est.

Quænam est illius formula? Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebitūe, præsens in diem' ue: quarumq; rerum mihi tecum actio, quæq; aduersus te petitio, uel ad-
k 3 uersus

uersus te persecutio est, erit ue: quod ue
tu meum habes, tenes, possides, dolo ue
malo fecisti, quominus possideres: qua
ti quæc earum rerum res erit, tantam
pecuniam dari stipulatus est Aulus A
gerius, spopondit Numerius Nigidius.
Quod Numerius Nigidius Aulo Age
riō spopondit, id haberet ne à se acce
ptum, Numerius Nigidius Aulum Age
rium rogauit, Aulus Agerius Numerio
Nigidio acceptum fecit.

Quid est Nouatio? Prioris debiti in
aliam obligationē transfusio, atq; trāsla
tio, quæ per stipulationem fit. Cum igit
id quod nobis ab aliquo debetur, ab al
tero sic stipulamur, ut diserte id nos uel
le testemur, prior extinguit obligatio.

Quid? Licit' ne etiam ab ipso debito
re nouādī animo stipulari? Licit: dum
modo noui aliquid adiiciatur. ueluti si
quod in diem, uel sub conditione debe
tur, pure stipuletur. Nam alioqui Pene
lopes tela (ut in ueteri proverbio est) re
texi, & actum agi uideretur.

Quid est delegatio? Est alterius de
bitoris in suum locum substitutio. uelu
ti

ti cùm debitorem meum creditorim meo assigno, ut ab eo petat. sic cùm & à me de legatus liberaf, & ego quasi soluissim, creditorim meo satisfecisse iudicor. omnis enim delegatio in se nouationē cōtinet.

De obligationibus ex delicto.

O Pinor nunc tempus esse, ut de obligationib. quæ ex delicto nascuntur, disputemus. Sed quidnam delictum appellas? Nos de priuatis tantum delictis hoc tempore disputamus, quæ quatuor numerantur: Furtum, rapina, damnum iniuria datum, & iniuria.

Quid est furtū? Est cōrectatio fraudulosa, lucrificiēdi gratia, uel ipsius rei, uel etiā usus eius, possessionis ue: quod lege naturali prohibitum est admittere.

Quotuplex est furtum? Duplex, manifestum, & nec manifestum.

Quid est manifestū? Cùm res in manib. furis anteç̄ destinatū in locū ferat, deprehēsa est. Itaq; siue ἐπ' ἀπῷ φόρῳ, id est, in actione ipsa, siue in loco ubi deprehēsa est, siue anteç̄ res constitutum in locum perferatur, deprehendatur, manifestum furtum appellatur.

Quod est nec manifestum? Cùm fur in faciendo quidem deprehensus non est: sed eum furtum fecisse, negari non potest.

Quamobrem furtum definiebas contrētationem, potius quam auersionem rei: cum fur à ferendo, ut apud Græcos φῶρος πότῳ τοῦ φέρει, dictus videatur? Quoniam furtum interdum etiam sola contrētatione committitur. ueluti si quis uas quod tollere non potuit, aperuit, & res contrētauit: quamuis partem tantum earum auerterit, omnium tamen fur est.

Cur addidisti fraudulosa? Quia nisi furtum & fraudandi animo fiat, & euentus consilio respondeat, id est reuera dominus fraudetur, furti obligatio non nascitur.

Ecquonam id modo? Veluti si quis re alterius utatur, cum id se ipsius uoluntate, facere putaret, contra ipsius tamen uoluntatem id faceret: quia fraudandi animus deest, furti non obligatur. Vt neq; ex contrario, is qui uolente domino id fecit, cùm tamen inuito ipso id se facere cre-

crederet: quia reuera dominus non fraudatur. nam fraudulosa contrectatio est, non tantum quæ fraude & dolo malo suscepta est, sed etiā cùm re acueritate dominus fraudatus est.

Cur addidisti lucrificiendi gratia? Quia quamvis dominus fraudetur, & damno afficiatur, tamen nisi lucrificiendi caussa res contrectata sit, furtum non committitur. ueluti si aliena ancilla meretrix non lucri, sed stuprificiendi causa contrectata est, aut uestis maculæ imponendæ gratia.

Quid: quorsum illa pertinent, Ipsius rei, uel etiam usus, possessionis? Quia non tantum in re, sed & in ipsius usu ac possessione furtum committitur. V eluti si depositarius re deposita utatur, uel creditor pignore, uel commodatarius re commodata aliter quam ut pactum conuentum est. ut si equo quem ei quis ad usum bidui commodarat, triduo uel quadruplo utatur.

Sed cur in definitione non addidisti Alienæ? Quia nonnunquam etiam dominus rei suæ furtum facit. ueluti si debitor

tor rem pignori datam creditorī surripiat. Cum enim utilitatem quam creditor ex ea percipiebat, auferat, id est cautionem: furtum admisisse intellegitur.

Video ista: sed quæro, quid si quis non contrectauerit, sed opem consilium ut ad furtum faciendum dederit. veluti si scalas fenestrīs admouerit, aut numeros de manu alicui excusserit, ut eos alter auferret? Eo casu dici quidem non poterit: Aio te furtum fecisse: sed instituta hæc erat formula, Ope consilio tuo, furtum aio factum esse.

Satis exposuisti quis furtum faciat: nunc quæro cuin' am fiat, ut intelligam cui persequendi furis Ius concedatur. Furtum ei fieri dicitur, cuius interest rem surreptam non esse: itaque non continuo, si cuius res surripiatur, ei furtum factum dicitur: sed ei demum cuius interest.

Cedo mihi aliquot exempla: Veluti si creditorī pignus surreptum sit. Nam etiam si idoneum debitorem habeat, id est qui soluendo sit, tamen quia satius

satius est pignori incumbere, quam in personam agere, & plus cautionis in re est, quam in persona: furis persequendi Ius ei permittitur. quippe cum eius intersit, non autem debitoris: quia debitori ad pignus soluta pecunia præstandum obligatus est.

Cedo item aliud: Veluti si fullo-ni polienda, uel sarciori sarcienda uestimenta dederim, & apud eum surrepta sint: non mihi, sed illi furtum factum esse dicetur. quoniam non mea, sed illorum interest, qui mihi ex locato & conducto ad culpam præstandam obligati sunt. sed si omnino soluedo non essent, ad dominum persequendi Ius rediret. nam qui non habet quod perdat, eius periculo nihil est.

Quid si depositario surrepta res sit: Audisti iam superius, depositariorum depositæ rei custodiam non debere. Cum igitur ipsius non intersit, quippe qui non teneatur rem reddere, furtum ei factum dici non potest: at si custodiam in se recepisset, aliud Iuris esset.

Quid

**Quid supereft nunc? Ut quæ poena
huic delicto proposita sit, exponamus.
Est autem furto manifesto ex Prætoris
edicto proposita quadrupli: nec manife-
sto, dupli ex lege xii.tab.**

**Ecquænam igitur manifesto furto ex
xii.tabulis poena constituta fuerat?
Verba legis audies: Qui noctu furtū faxit, aut
interdiu telo se defenderit, eum domino cum clamore te-
stificanti occidere ius esto. Si neq; noctu, neq; se telo de-
fendens prehendatur, uirgis cæsus ei cui furtum fecit, ad
dicator. Seruus uerberibus affectus, de saxo deiijcitor: im
pubes arbitratu Prætoris uerberator.**

De rapina.

Nunc proximum, est ut de rapina ui-
deamus. Quid igitur inter furtū
& rapinam interest? Furtum latenter &
clanculum fit: Itaq; à furuo, id est nigro,
dictum nonnulli putant, quod in tene-
bris plerunq; fiat. Rapina autem impu-
denter & ui, præterea furtum priuatum
delictum est: Rapina uero, semper antea
crimen publicum & capitale fuerat: qua
de causa lege Iulia de ui, iudicium publi-
cum in ezeptores constitutum est.

Quor

Quorsum igitur rapinam in hunc locum refers, ubi de priuatis delictis disserimus? Quia cum olim semper aut publicum iudicium propositum fuisset, si quis raptorē tanquam raptorem persequi uoluisset: aut priuatum furti, si quis tanquam furem duntaxat: (cum enim raptor rem auferat, nimirum etiam furti obligatur) tandem cuidam Prætorij usum est, certum ac proprium huic delicto iudicium pœnamq; constituere: quod postea in editum perpetuum receptum fuit.

Quænam illa pœna est? Ut honorū raptorum damnatus triplum soluat: hoc est, si rem ereptam complecti uolumus, quadruplum.

Quid: leuiusne ergo raptores puniuntur, quam fures? Minime. nam & publico iudicio de ui, & priuato de furto, (sicuti diximus) tenentur: & hoc amplius ista quasi redundantia actione, qua & maiore infamia afficiuntur, & damnati repente sine alio testimonio sola iudicis sententia lege Julia de ui rei fiunt.

Licetne igitur uim passo quoquis istorum

rum iudiciorum uti? Licet nam & lege Julia experiri poterit, & si furti nec manifesti egerit, hac quoq; actione uti poterit: dummodo ne tripli poenam exceedat. at si manifesti, non poterit: cum sati poenæ sit constitutum. sin autem bonorum raptorum prius egerit, neutra furti actione uti poterit.

Quibusnam ex caussis hæc actio dari solet? Extat uetus regula, quam memoria tenere oportet: ex quibus caussis in re clam surrepta furti competit actio, ex hisdem caussis in bonis raptis hæc actio conceditur.

De damno iniuria.

NVNC consequens est, ut de damno iniuria dato differamus. Sed quomodo separatim de eo disputas? An nō furtum quoq; & rapina damna sunt, easq; iniuria illata? Sunt uerūm hoc interest, quod illa lucrifaciēdi tantum: hæc danni tantum inferendi animo fiunt. Præterea illa suum nomē habent: hæc non habent. deniq; illa nunquā nisi dolo, & male animo; hęc interdū etiā per imprudētiā.

tiā, & imperitiam & culpā admittuntur.

Quid est iniuria damnum inferre? Iniuria hoc loco est, non cauere, quod caueri & debuit, & potuit. Itaque & qui eo loco iaculatur, ubi uel nulli, uel soli se militēs exercere solent, & qui ramum in uia publica sine proclamatione deiecit, & qui equo mulōue utitur quem cohībere non possit: quinetiam medicus qui imperitē medicinam adhibuerit, hoc iudicio tenentur.

Quid igitur de hoc damno cautum est? Lex ab Aquilio quodam Tribuno pleb. lata est, his uerbis: Qui seruum, seruam'ue, quadrupedēmū pecudem iniuria occiderit: quanti id eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto. Cæterarum rerum præter hominem, & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto: aduersus inficiantem in duplum actio esto.

Cedo mihi exemplum de poena illa quanti plurimi? Veluti si quis seruum

uum tuum qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui eo anno integer, ac pretiosus fuerit: non enim tanti tenebitur quāti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit.

Quid tierò si quid præterea damni ex eo damno cōtigerit: uelut si seruū tuum, heredem ab aliquo institutum, antē quis occiderit, quām is iussu tuo hereditatem adierit? Hæreditatis quoq; amissæ ratio habenda est: quia damnum dare, est quo cunq; modo damni caussam afferre. uel efficientem, uel adiuuantem.

De iniurijs.

SVperest ut de iniurijs dicamus. Quid est iniuria? Est quæ aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut turpitudine uitam alicuius uiolat. Itaq; triplex numeratur iniuriæ species, quæ tamen omnes contumeliæ nomine continentur: una quæ corpori, altera quæ auribus, tertia quæ uitæ alicuius infertur: nam de ea quæ bonis alicuius infertur, proximè differuimus.

Quid ergo si iniuria non nobis meti-
plis, sed alteri cuiquam in contumeliam
nostram

nostram facta est: Iniuriā liberis quos in potestate habemus, uxoriūe, aut nūrī nostræ, cuius uir nostra in potestate est, factam, persequi iudicio possumus.

Quid si seruo facta sit: Dominus atro-
cem tantum iniuriam seruo ad contume-
liam suam impositam persequi potest: at
communi seruo iniuria affecto, pro di-
gnitate dominorum eius æstimatio iniicit.

Quam igitur atrocem aut leuem iniu-
riam appellas? Atrox iniuria æstima-
tur, uel ex persona, ut si quis eum qui in
dignitate est, pulsarit: uel ex membro, ut
si in oculo uel mala percusserit: uel ex lo-
co, ut si in theatro: itaq; Demosthenes,
cui cum sacroru; ludorum curator esset,
Midias alapam inspectatibus omnibus
influxerat, mirabiliter (ut scis) eam iniu-
riam exaggerat.

Memini, sed quænam poena huic de-
lictio proposita est? Olim xii. tabulæ
iniurias omnes extra membrum ossis' ueru-
ptionem uiginti quinq; assibus multa-
bant. Itaq; traditur L. Neratium quen-
dam fuisse, qui pro delectamento habe-
ret, liberu; hominis malam uerberare, &

seruulo qui se data operase quebat, impe
rasse, ut viginti quinque asses numeraret.

Quid igitur si ruptum membrum fuisset? Aut paciscendum erat cum actore, aut talio expectanda, aut multa arbitrio iudicis persoluenda.

Quid si fractum os fuisset, ueluti in spi
na dorsi, aut in capite, aut uspiam, ubi os
membrum non constitueret? Multa
quoque eadem lege proposita fuerat:
sed eius quantitas, quia lex interiit, no
bis ignota est.

Alia' ne hoc tempore poena usitata est.
Prætoris edicto iniuriarum poena prius
ei cui facta est, dein, si ea iniquior uidea
tur, iudicis arbitrio aestimanda permitti
tur. Illud autem generatim scire oportet
actionem hanc dissimulatione tolli: for
tasse quia dissimulatio, condonatio quæ
dam est iniuriæ. turpe est autem repeti,
quod semel condonatum est.

De obligat. quasi ex delicto.

ADhuc de obligationibus quæ ex
delicto nascuntur, disseruimus.
Quid nunc sequitur? Ut de obligatio
nibus

nibus quę quasi ex delicto nascuntur, ex plicemus: hoc est, cùm quis pœna aliqua multatur, quasi deliquisset: cùm tamen reuera non deliquerit, sed rātum in culpa sit.

Cedo aliquod exemplum? Veluti si quis iudex non dolo malo, sed per imprudentiam male iudicarit, litemq; suam fecerit. nam litem suam facere male iudicando dicitur iudex, quia caussam eius secundum quem male pronuntiavit, suscipere cogitur: eamq; ue quasi suam defendere. & uictus tanti damnatur, quāti iudex damnum ab illo factū æstimarit.

Cedo item aliud? Si cuius ex cœnaculo deiectum effusumq; aliiquid sit, si quidem id nocuerit tantum, dupli damnatur, si homo liber occisus sit, quinquaginta aureis: sin læsus tantum, quanti iudex arbitrabitur. Item si quid in uia positum suspensumq; id habet, cuius nocere casus possit, decem aureis multatur.

Vis etiam aliud addere? Si nautæ, caupones, uel stabularij operarios ha-

1 2 beant,

beant, qui dānum alicui dent, obligari
quasi ex delicto dicuntur: quia culpa &
quasi delicti quædam species est, opera
malorum hominum uti.

De actionibus.

Videris nunc tertiam instituti nostri
partem absoluisse: quare tempus
esse arbitror, ut ad actiones transeamus:
sed quidnam actionum uerbo intelligis?
Litigandi formulas, quæ tum in ritu ue-
terum iudiciorum, tum in certis uerbo-
rum conceptionibus uersabantur: deni-
que quod uulgas imperitum formā pro-
cedendi appellat.

Quot sunt huiuscē disputationis par-
tes? Tres: nam prima ad litigatores
pertinet, altera ad prætores, tertia ad
iudices.

Quid primum igitur litigatoribus in
litibus instituendis obseruandum fuit?
Præclarum populi R. institutum fuit, ut
prius quam litigatores in Ius uenirent,
honoraria amici alicius opera uteren-
tur, qui experiretur, an intra domesticos
parietes controversiam illorum disce-
ptare posset.

Quid

Quid tum postea? Si res peragi intra parietes nequisset, tum alter alterum uadabatur: id est, uadem siue sponsorem alter ab altero petebat, fore ut se in luce ad Prætorem sisterent. Illa autem denuntiatio uadimonium dicebatur: quanquam postremis temporibus sola in Ius uocatio usurpata est.

Perge porrò. Atqui prius te illud scire oportet, actionū alias ob res diuinās, aut publicas, uel ad uim in parata ciuitate coercendam institutas esse, quæ propriè Interdicta uocantur: & apud Prætorem urbanum exercentur: alias rei priuatae & pecuniarię caussa comparatas, quæ propriè Actiones appellantur, & non à Prætoribus, sed à priuatis iudicibus exercentur.

De utris igitur priore loco disputationum est? De interdictis: siue propter rerum dignitatem, siue quia de possessione in ijs agitur: & certum est, de proprietate agi non posse, nisi prius constiterit, uter ex litigatorib. possidere, & uter petere debeat.

De interdictis.

Quid est interdictum? Est decretū Praetoris certis solennibusq; uerbis, uel de rebus diuinis aut publicis, uel de iei coercēda interpositum, cūm enim illæ tanti momenti sint, æquum fuit de ijs magistratum aliquem cognoscere, atque ius dicere.

Quamobrem huiusmodi decreta interdicta nominantur? Quia interdicēre ueritate est uehementius & imperiosius decernere, nam uox inter, nonnunquam augendi uim obtinet, ut cum dicimus Interficere, Interimere, Interne-
cio, Interturbare. Praetor autem his in rebus uel maxime ac diligentissime decernebat.

Quæ sunt interdicta de rebus diuinis? Veluti, ne quid in loco sacro fiat, & quod factum est, ut restituatur: item de mortuo inferendo, & sepulcro ædificando.

Quæ fuit interdicti de mortuo inferendo formula? Quo quāue illi mortuum inferre inuitō te ius est, quominus illi eo eāue mortuum inferre, & ibi sepe-
lire

lire liceat, uim fieri ueto.

Quæ fuit de sepulcro ædificando formula? Quo illi ius est in uito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulcrum sine dolo malo ædificare liceat uim fieri ueto.

Quæ sunt interdicta de rebus publicis? Hoc uerbo etiam eas res complectimur, quæ sunt nullius: ueluti liberas personas: quoniam in populi uniuersi manu ac potestate ciuiis quisque est. Itaque huc pertinent interdicta de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis, item ducendis, de locis publicis, de uijs, de fluminibus publicis.

Quod est interdictum de homine libero exhibendo? Quem liberum dolo malo retines, exhibeas.

Quod est interdictum de liberis exhibendis? Qui quæ ue in potestate Lucij, Titij, est, si is ea' ue apud te est, doloue malo tuo factum est, quominus apud te esset: ita eum eamue exhibeas.

Quod est interdictum de liberis

ducendis? Si Lucius Titius in potestate Lucij Titij est: quominus eum Lucio Titio ducere liceat, uim fieri ueto.

Quod est interdictum de locis publicis? Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, Senatus consilio, edicto, decreto' ue principum tibi concessum est, de eo quod factum erit, interdictum non dabo.

Quod est interdictum de uijs? Quominus illi uiam publicam, iter' ue publicum aperire reficere liceat, dum' ne ea uia, id' ue iter deterius fiat, uim fieri ueto.

Quod est interdictum de fluminibus publicis? Ne quid in flumine publico, ripaue eius facias: ne quid in flumine publico neve in ripa eius immittas, quo statio iterue nauigio deterior sit, fiat.

Quæ sunt interdicta, quæ ad uim coercendam pertinent? Nullum ferè interdictum non aliqua ex parte ad uim coercendam pertinet: sed huius generis ea præcipue sunt, quæ ad possessionem pertinent, quia cum propter commodum possessionis, frequentissime iurgia & pu-

gnæ inter ciues oriantur, æquum uisum est, prætorem sese ijs in rebus interponere.

Quod nam commodum possessio-
nis appellas? Quia etiam si eius res nō
sit qui possidet, si modò actor non po-
rit suam esse probare, remanet in suo lo-
co possessio. nam in obscura cauſa se-
cundum possessorem lis datur.

Quot sunt horum interdictorum ge-
nera? Tria. nam alia adipiscendæ, alia
retinendæ, alia recuperandæ possessio-
nis cauſa instituta sunt.

Quæ sunt adipiscendæ possessionis
cauſa comparata? Veluti quorum bo-
norum, & Saluianum interdictum.

Quod est interdictum quorum bo-
norum? Quod & ei redditur, cui bono
rum possessio à Prætore decreta est: his
uerbis, Quorum bonorum ex edicto
meo illi possessio data est: quod de his
bonis pro hærede aut pro possessore
possides, possideres'ue, si nihil usuca-
ptū esset: quod quidē dolo malo fecisti,
uti desineres possidere: id illi restituas.

Quid est pro hærede possidere? Est

iustum & legitimam habere caussam estimandi se hæredem esse, eoꝝ animo atꝝ opinione possidere.

Quid est possidere pro possessore? Est nullam aliam possidēdi caussam habere, quām quia possidetur.

Quid est interdictum Saluianum? Quod domino fundi aduersus colonū redditur, ut rerum sibi mercedis nomine oppigneratarum possessionem adipiscatur: his uerbis, Quod tu illi mercedis caussa oppignerasti, qua de re agit, id illi restituas.

Atenim superius dixisti eius rei causa Seruianam actionem institutam fuisse. Ita est: uerum hoc interest, quod interdictum aduersus colonum possessorem, actio aduersus alios qui rem acquisierunt, datur. Illud de sola possessione interponitur, in hac etiam de rei proprietate agitur. Illud ad rerum uniuersarum, hæc etiam ad singularum possessionem attinet.

Quænam interdicta retinendæ possessionis caussa instituta sunt? Vti possidetis & utrubi: quæ tum usurpantur, cum

cum inter eos qui de proprietate litigant, non conuenit uter possideat. Itaque ne quis oriatur, Prætor se interponit.

Quidnam inter illa duo interest: Olim illud ad res immobiles pertinebat, eoq; uincebat, qui interdicti tempore sine uitio, id est nec ui, nec clam, nec precario ab aduersario possederat: hoc uero ad res mobiles, & eo uincebat, qui maiore anni parte sine uitio possederat: at nunc qui litis contestatae tempore sic possidet, utroq; uincit.

Quæ fuit formula Ut possidetis: Ut eas ædes quibus de agitur, nec ui, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis: quominus ita possideatis, uim fieri ueto.

Quæ fuit formula Vtrubi: Vtrubi hic homo quo de agitur, maiore parte huiusc anni fuit: quominus is eum ducat, uim fieri ueto.

Quæna interdicta recuperandæ possessionis caussa comparata sunt: Veluti Vnde ui, qd ijs reddebat, qui ui aliquo

ex loco deiecti fuerant. Vis autem aut quotidiana dicebatur, cū quis sine coactis armatisue hominibus de possessione deiectus est, aut armata.

Quæ fuit eius formula? Duplex fuit. nam si ob uim quotidianam, sic concipiebatur: Vnde tu ui illū deiecisti, cum abs te nec ui, nec clam, nec precario posideret, eò illum restituas. Sin ob uim armatam, simpliciter ac sine exceptione, Vnde tu illum deiecisti, eò illū restituas.

Quoniam de interdictis dixisti, age nunc ad actiones transeamus. Atqui prius illud te scire oportet, in albo Prætoris, id est tabula dealbata, in qua editum perscriptum erat, certas & solennes cuiuscq; petitionis formulas fuisse, ad quas priuatæ lites accommodarentur. nam qui formula cadebat, cauſa cadebat. Illæ autem formulæ, Actiones appellabantur: quas sic lites definiamus: ut sint formulæ, conceptiones ue uerborum, quibus iudicium à Prætore certa de cauſa postulatur.

Quorū hoc? Quia moris erat, ut qua quisq; actione uti uellet, eam aduersario

sario ederet, ut sciret is utrum cedere an contendere deberet. & si contendendū putaret, ueniret instructus ad agēdum, cognita actione qua conueniretur, uel igitur ad album ibant, & demonstrabat actor quā formulam petiturus esset, uel eam ipse memoriter exponebat.

Quid deinceps? Tum inter se de iudice uel arbitro deliberabant, quem suę controuersiæ disceptatorem esse uellēt. nam (ut in Cluentiana Cicero scribit) neminem uoluerunt maiores nostri, nō modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima es- se iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset.

Quidnam igitur inter iudicem & arbitrum interest? Iudex ad certam uerborum formulam sic astrictus est, ut neque alia de re, quam quæ ijs perscripta est, neque alijs uerbis quam quibus illa concepta est, pronuntiare sententiam possit. Arbitrator uero totius negotij arbitrio suo disceptandi potestatem habet, tametsi nonnulla eiusmodi negotia sint ut difficile dictu sit, utrum iudex an ar- biter

biter in ijs detur, quemadmodum suo loco intelliges.

Quid secundum de iudice uel arbitro conuenerat, quid siebat? Tum aduersarij uel sponsione, uel sacramento, uel compromisso inter se certabant.

Quid est sponsio? Est promissio certae pecuniae, quam litigatores daturos se, ni ueram caussam habeant, promittunt. Actor enim primum spondebat: id est sponte atque ultro sponsonem deferebat aduersario, quem ideo spon- sione laceſſere & prouocare dicebatur: ab eo namque postea summam eandem stipulabatur. hic autem aut fateri cogebatur, aut si inficiaretur, restipulari. Tum actor iterum stipulanti aduersario promittebat.

Quid est sacramentum? Certa pecuniae summa, quam litigatores in sacro deponebāt, ut qui iudicio uicisset, suum sacramentum auferret, uicti ad ærarium rediret.

Quid est compromissum? Certa pecunia ab utroque litigatore mutuo promissa, ni arbitri sententiæ pareant.

Age

Age & me deinceps in ius ducito.

Cum in ius uentum esset, actor à Prætorre postulabat, ut sibi iudicem, arbitrum ue, de quo inter ipsos conuenerat, et quibus uerbis conuenerat, daret: qui cauſa cognita, reçp utrinq; perorata sentētiam pronunciaret.

Quid tum Prætors? Is uerbis quibusdam certis iudicium constituebat: idq; aut pure aut coniuncte.

Quomodo pure iudicium constituitur? Cum nihil quod ad rei defensionem pertineat, adiectum est: ueluti, Si paret intentionem actoris ueram esse, neq; reus ei satisfaciat, tum illum damnato. nam olim omnia iudicia erant absolutoria, tum autem & iudicium constitutum, & lis contestata dicebatur.

Quamobrem iudicia dicebantur absolutoria? Quia reum qui ante sententiam pronunciatam actori satisfaceret, absolui & liberari ab instituta lite oportebat: atq; hoc illud est quod dixi, Neq; reus ei satisfaciat.

Quamobrem lis contestata dicebatur? Quonia accepto iudicio utraq; pars dicere

dicere quibusdam præsentibus solebat,
Testes estote.

Quomodo coniunctè iudicium con-
stituitur? Cùm quid ad rei defensio-
nem, interdum etiam ad actionem, de-
fensionem ue confirmandam pertinens
adiectum est, quemadmodum in Ex-
ceptionibus & Replicationibus intel-
liges.

De satisfationibus.

QVid deinceps obseruandum erat:
Ut satisfationes uel ab ipsis litiga-
toribus, uel ab ijs qui ipsorum nomine
agerent, præstarentur.

Quid est satisfare? Est sponsores da-
re, qui fideiubeat id, de quo cauetur, suo
periculo fore. Erat autem satisfationes
duæ in primis usitatæ: Iudicatum solui,
& Rem ratam haberi.

Quænam illarum uis erat? Diuersa
fuit earum ratio pro institutæ actionis
ratione. nam (ut mox dicemus) actio-
num aliæ rem certam, aliæ personam de-
bitoris, eiusq[ue] bona omnia promiscue
atq[ue] infinitè persequuntur.

Quid si in rem certam actio in-
stitue-

institueretur: Tum is contra quem uel suo, uel alieno nomine agebatur, cogebatur iudicatum solui satisdare: qui uero agebat, si suo nomine agebat, non satisdabat: si alieno, rem ratam dominum habiturum satisdabat.

Quid si in personam actio instituta esset: Tum procuratores soli satisdabant, actorum quidem de rato: quia nemo defensor in aliena re sine satisfactione idoneus esse creditur, reorum uero iudicatum solui.

Quid: quot sunt actionum generis? Earum video diuisiones præcipuas esse quinque, de quibus in præsentia dicere commode possumus.

I. Diuiso actionum.

QVæ est prima diuisio? Ea tripartita est, nam aliæ in rē sunt, quæ uindicationes dicuntur, aliæ in personā, quæ cōdictiones: aliæ mixtæ, quæ utrarumq; naturam participant.

Quid est actio in rē? Est formula per quā quis rē suā ab alterius possessiōe in dominiū suū uindicat: his uerbis, Hanc rem ex lute Quiritium meam esse aio.

m Quam-

Quamobrē uindicatio hæc appellat̄
Nō satis cōstat, nisi forte ab antiquo uin-
diciari ritu nomen hoc fluxerit, in qui-
bus uis quædam indicebatur, quam Ci-
cero quotidianam, Gellius festucariam
appellat: quia festuca, siue surculo ex ar-
bore decerpto, aduersarij dicis cauſa in-
ter se confligebant.

Quid est actio in personam? Est for-
mula per quam quis ab altero postulat,
quod eum sibi dare facere oportet ex ali-
qua obligatione, siue illa ex contractu, si
ue ex delicto nata sit.

Audio, sed cur hæc sola in personam
appellatur, cùm utraque certam perso-
nam persequatur? Quoniam illa rem
certam, designatamq̄e postulat, ueluti
fundum Tusculanum, aliud' ue quid in-
diuiduū. Hæc non corpus aliquod petit,
sed à persona præstationem certā postu-
lat, neq; unde satisfiat laboratur.

Cedo mihi aliquod illius exemplum?
Veluti si cui centum aureos mutuo de-
derim, tum enim his utar uerbis: Aio te
mihi centum dare oportere, uel si forte
ab eo rem incertam stipulatus essem,
tum

tum enim quicquid mihi eo nomine illum dare facere oportet ex fide bona, postularem.

Quæ sententia illis duobus coniunctis uerbis subest, dare facere? Prius dominij translationem, posterius simplex factum significat: ut nauem ædificari, re traditi ita tñ coniunguntur, ut siue dari, siue fieri tantum oporteat, nihil intersit. Hoc enim antiquæ consuetudini tribuitur, atq; hinc intelligis eū qui rem suā petere instituit, ea formula uti non posse.

Quid ita? Quia qui sibi dari postulat, id postulat, ut quod suum non est, suum fiat, quod autem alicuius est, id eius amplius fieri non potest: dominium enim non nisi una ex causa potest contingere.

Quomodo igitur is qui depositū, aut cōmodatum repeteret, ea formula utetur: cum satis constet, illū earū rerum dñium retinuisse? An non meministi quod superius diximus, actiones istas propterea in personā appellari, quia formula earū nō ita concipi, ut res certa repeta. neq; enim dicimus illā aut illam rem dari nobis oportere: sed hoc modo, quicquid te

m 2 mihi

mihi depositi cōmodati ue nomine dare facere oportet.

Quid: quamobrē eandē condicōnē appellari dicebas: Cōdicere olim erat, diem locumq; communi consensu indicere, quo in iudiciū litigatores uenirent, quod et si omnibus in actionib. fiebat, tñ quia in rem actiones suū ac propriū vindicari nomen habebāt, consuetudo eō prolapsa est, ut condicōnis uerbū huic actionum generi relinqueretur.

Quæ sunt, quæ mixtae actiones dicuntur: Quæ & certam rem petūt, & simul præstationes quasdam personales ab aduersario postulant. Sunt autem eius generis tres. familiæ erciscundæ, communi diuidendo, finium regundorum.

Quæ est actio familiæ erciscūdæ: Que inter cohæredes familiæ erciscūdæ, id est hæreditatis diuidundæ caussa datur. neq; enim per eam postulatur, ut hæreditas diuidatur: sed etiā ut quod eo nomine alterum alteri dare facere oportet, præstetur. ueluti si quis solus uel sumptus fecerit, uel fructus perceperit.

Quæ fuit eius formula: L. Aquilius iudex

dex esto: itaq; familiā erciscitor, ut quod cuiq; ex hæredibus ex bono & æquo ad iudicandum esse uidebitur, quodq; alterum alteri ex fide bona dare facere oportebit, arbitretur.

Quod est iudicium cōmuni diuidendo? Quod inter eos redditur, qui rem quam alia atq; ex hæreditatis caussa cōmunem habent, diuidi, simulq; quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oporteat, dari fieri postulat.

Quæ fuit eius formula? C. Cæcilius iudex esto: itaq; res communes diuidito, ut qd' cuiq; ex æquo & bono adiudicandū esse uidebitur, quodq; alterū alteri ex fide bona dare facere oportebit, arbitret.

Quæ est finiū regundorū actio? Quæ inter cōfines datur, ut & fines agrorū uicinorum dirigantur, & si quid alter ex alterius agro perceperit, restituatur.

Quæ fuit formula? L. Octavius iudex esto: itaq; fines agrorum quibus de agitur, regito, ut quod cuiq; adiudicandum esse uidebitur, quodq; alterum alteri eo nomine dare facere oportebit, arbitretur.

II. Actionum diuīsio.

QVæ est secunda actionū diuīsio? Ut aliae ciuiles dicantur, quippe quæ iure ciuili proditæ sunt: aliae prætoriæ, siue honorariæ, quæ Prætoris edicto penuria ciuiliū institutæ sunt. sed de ciuib. satis multa exempla posterius extabūt, itaq; Prætoriarū tantū exempla proferemus.

Quot sunt earum genera? Duo, nam aliae itidē in rem sunt, aliae in personam.

Quænā prima in rem actio Prætoria numeratur? Publiciana, quæ à Publicio Prætore qui primus eam instituit, nomine habet. ea autem duplex est.

Quæ est prior? Est actio in rem, quæ datur ei qui rem alienā sibi bona fide accipienti, iusta de caussa traditā, ante perfectam usucaptionem anni sit, ut eam quasi usucaptam vindicare possit. Cū enim iure Quiritium dominus non esset, quippe qui nondum usucperat, agere iure ciuili non poterat, & tamen æquius erat, eum qui iusta ex caussa rem acquisserat, eam habere, quam aduersarium.

Quæ est eius formula? Si pateret rem qua de agitur, iusta ex caussa traditā O-

ctauio

et auio fuisse, nec ea illi restituatur, tum Septimus damnetur.

Quæ est altera Publiciana actio? Est actio in rem quæ ei datur, cuius res ab eo qui Republicæ caussa absuit, quicunque apud hostes fuit, usucapta est, ut intra annum quam ille redierit, rem suam quasi non usucaptam vindicet: si modo absente altero, defensorē eius aliquem quæsiuerit, quem in ius vocaret, ut usucaptionē inter rumperet, & neminem reperire potuerit.

Quæ fuit eius formula? Si pateret eam rem qua de agitur, à possessore Republicæ caussa absente, per statutum tempus possessioni esse, cum interea petitor eius nomine agere cum conaretur, non potuerit: tum si ea res petitori non restituatur, possessor damnetur.

Quænam est actio tertia Prætoria? Paulina à Prætore Paulo instituta, qua creditores quorum in fraudem bona sua debitor alienauit, bonorum possessione à Prætore impetrata, ea bona perinde ac si nunquam à debitore tradita fuissent, vindicare possunt.

Quæ fuit eius formula? Si pate-

ret eam rem qua de agitur, à Mēuio cum
in ipsius bonis esset, in creditorum suorū
fraudem traditam fuisse, neq; eos bono-
rum possessione à me impetrata, aliunde
suū seruare posse: tum nisi eam rem pos-
sessor restituat, damnetur.

Quænam quarta numeratur? Seruia-
na, in dominorum gratiam instituta, qui
bus coloni mercedis caussa res suas op-
pignerarāt, quas tamen alij tradiderant:
nam eas res domini hac actione vindica-
re possunt.

Quæ fuit eius formula? Si pateret rē
qua de agitur, à colono pro mercede op-
pigneratam esse, eiusq; cùm pignus con-
uentū est, propriam fuisse, neq; possessor
uel pecuniā debitā creditori soluat, uel
ei rē cedat: tum possessor damnetur.

Quidnam inter Paulianam & Seruia-
nam interest? Illa ob res in fraudem cre-
ditorū alienata datur, hæc etiā sine frau-
datione cōceditur: illa post impetratam
bonorū possessionē, hæc etiam sine pos-
sessione cōceditur: illa & proprietatem
& possessionem, hæc solam possessionē
auocat. in illa rescinditur traditio, in hac
nihil

nihil rescinditur, sed tantum possessio a-
vocatur: illa nunquam nisi aduersus alie-
nos possessores datur, hæc etiam aduer-
sus dominum ipsum si possidet.

Quid: solisne agrorū dominis à Præ-
tore prospectum est: annon etiam alijs
creditorib. quorū debitores res illis op-
pigneratas alteri tradiderint, cautū fuit:
Verba quidem edicti de solis colonorū
rebus concepta sunt: sed ualere debet æ-
quitas, quæ in pari cauſſa paria iura des-
iderat: Itaq; Iurisconsulti mētē Prætoris spe-
ctantes, quasi Seruianam actionem insti-
tuerunt, quæ creditoribus omnibus ad
pignora persequenda conceditur.

Quæ fuit eius formula: Si pateret eñ
rē qua de agitur, petitori oppigneratam
esse, debitorisq; fuisse, cū illā oppignerar-
et, neq; possessor uel pecuniā soluat, uel
rē ipsam cedat, tum possessor damnetur.

Quid igitur inter utranc; interest: Illa
propriè propter solius coloni res institu-
ta est, hæc ad cuiusuis debitoris res perse
quēdas pertinet: illa solas eas res quæ in
fundum inductæ illataeq; sunt, persequit,
ac propterea terum tantummodo mobilium

est, hæc tū ad mobiles, tū ad immobiles pertinet: illa ex cōuentione pignoris ex pressa concedit, cùm ijs de rebus agitur, quæ in fundum inuectæ illatæ sunt, hæc etiam si nulla unquam oppigneratio ex pressa sit. nam in inquilinis tacita intercessisse intelligitur.

Hactenus Prætorias in rem actiones numerasti. quid habes de personalibus dicere? Eārum aliæ quasi ex contractu, aliæ ex delicto nascuntur.

Quæ est prima quæ quasi ex contractu nascitur? Constitutoria: quæ à constituendo appellatur. Est autem constituere, creditori sine stipulatione promittere, se pecuniam uel à se, uel ab altero debitam certa die soluturum: ueluti si tibi Cal. Iunij debeam, & nudo pacto, id est, sine stipulatione promittam, me Cal. Maij soluturum. nam si stipulatio adhiberetur, ciuilis ex stipulatu nascetur actio. At ciues Ro. pacto nudo non obligantur: eoq; Prætor ex æquitate actionem hanc instituit.

Quæ fuit eius formula? Si appareat Maxium Titio pecuniam constituisse, eamq;

eamque pecuniam cum constituebatur, debitam fuisse, neque Mæius aut soluat, aut faciat id quod constituit, ac proprietorem non steterit, quominus fieret quod constitutum est, tum Mæius damnetur.

Quæ est secunda personalis Prætoria? Olim quædam fuit recepticia nominata: quæ aduersus argentarios dabantur, cùm id quod alicui expensum tulissent, sine stipulatione promittebant, secundum certa die soluturos: locumque in habstitatum rebus habebat, quæ pondere, numero, mensura ue constabant. sed ea totaliustianî imperio in constitutoriam translata est.

Quæ est tertia? De iureiurando quæ aduersus eum datur, cuius postulatu pretitor eam summam quam petebat, debet sibi iuravit: tum enim non quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit. nam Prætor ex iureiurando illum obligari uoluit, neque de periurio quærit permisit.

Quæ fuit eius formula? Si pateret Octauium Septimio deferente, iurasse sibi

Ubi dari oportere, neque ei satisfiat, tum Septimius damnetur.

Quænā actiones Prætoriæ sunt, quæ ex delicto nascuntur? Prima numeratur cōdictio furtiva: id est, actio personalis, quæ domino aduersus furē, eiusq; hæredē datur: his uerbis, *Quicquid te mihi ex furti cauſa dare facere oportet.*

Quamobrem à Prætore instituta est? Quia iure ciuili rei furtivæ recuperandæ nomine sola uindicatio competebat. at ea & in solos possessores datur, neq; satis rei flagitiū notat: hæc autem in furem eiusq; hæredē, quamuis non possideant, cōceditur: & nominatim furti facti mentionem facit.

Quæ fuit eius formula? Si pateret scyphum quo de agitur, quēq; Sempronius furto abstulisse dicitur, esse Mæuū, tū Sempronius illum Mæuio dare damnetur.

Quæ est secunda? De albo prætoris: quæ cuiuis de populo aduersus eum, qui Prætoris album corrupit, in quinquaginta aureos conceditur.

Quæ fuit eius formula? In popularib. actionibus, cuiusmodi hæc est, iudex da

ri non solebat, Prætor enim ipse propter rei grauitatem, caussa cognita sententiam pronuntiabat.

Quæ est tertia? De parēte, patronoūe, in Ius sine Prætoris uenia uocato, quæ his uerbis dabat: Si pateret Nigidium in Ius patrem suum sine mea uenia uocasse tum Nigidius patri suo quinquaginta aureos dare damnetur.

Quæ est quarta? De eo qui in Ius uocatum ui exemit: & his constabat uerbis. Si pateret L. Titiū cùm in Ius à Sempronio uocatus esset, ui à C. Seio exemptum ita esse, ut in Ius non perduceretur, tum quanti ea res à Sempronio æstimabitur, de qua controversia erat, tanti C. Seius damnetur.

Actionum diuīsio secunda.

Satis de secunda diuīsione dicitur est. Quænam est tertia? Ea tripartita est, nam quædā rei, quædā poenæ, quædā utriuscq; persequēdæ caussa institutæ sunt.

Quæ sunt rei persequēdæ caussa institutæ? Omnes in rem actiones, itēcq; omnes ferè ex contractu natæ: nā eæ rei cuius gratia contracta obligatio est persequendæ

quendæ cauſſa conceduntur: ueluti ex mutuo, ex stipulatu, ex empto, uendito, locato, conducto, pro socio, mandati, cōmodati, depositi: itē quēdā ex maleſi-
cijs natę actiōes, ueluti cōdictio furtiuā.

Cut superius addidisti Fere? Propter actionē depositi miserabilis: hoc est ei-
fus q̄ tumultus, incēdij, ruīnæ, naufragij
cauſſa factū est. nam in eſt qui eiusmodi
cauſſa depositū inficiatus eſt, actio in du-
plū datur, ſic tñ ut in duplo ſimplum in-
fit. ex quo ſequit̄, ut hęc actio mixta ſit.

Quæ fuit eius formula? Si patet L.
Titium cum propter incēdij periculum
res suas exportaret, eam rem qua de agi-
tur, apud C. Maeuium depositiſſe, Mae-
uium autem inficiatum id eſſe, tum Me-
uius in duplū damnetur.

Quæ ſunt pœnæ perſequendæ cauſſe
inſtitutæ? Actio furti: ſiue enim de ma-
nifesto quadrupli agatur, ſiue de nec ma-
nifesto dupli, de ſola pœna agitur. nam
ipsam rem aut vindicatione, aut condi-
ctione furtiuā dominus perſequitur.

Quæ ſunt mixtæ actiōes? Quæ ſimul
& iē & pœnā perſequunt̄. In hiſ numer-
ratur

raſ ūi bonorū raptorū actio, quæ rem ra-
ptā simul cum poena tripli persequitur.

Cedo aliud exēplū; Veluti l. Aquiliæ
actio, si modo uel aduersus inficiantem,
detur, uel quāti plurimi estimatio petat.

Quæ fuit formula? Si pateret Luci-
lium interfecisse Stichum Octauij ser-
uum, factumq; illud inficiatum esse, tum
Lucilius in duplum, quanti ea res eo an-
no plurimi fuerit, damnetur.

De bonæ fidei actionibus.

QVÆM est tertia actionum diui-
sio? Ea tripartita est. nam aliæ bo-
næ fidei sunt, aliæ stricti iudicij, aliæ ue-
rō arbitriaræ.

Quas dicas actiones bonæ fidei? Qua-
rū in formula ascribi illa aurea uerba so-
lebant, Ex fide bona: qua de cauſa præcisa
locutione sic appellatae sunt. Nā per eas
petebatur, ut fides data bene atq; ut æ-
quitas postulabat, seruaretur.

Velim mihi aliquod exēplū edas. Ve-
lut in illa Calpurnis aduersus Clodiū no-
tissima cōtrouersia ex lib. De offic. 3. his
enim ille utebatur uerbis, **Quicquid te**
mīhi dare facere oportet, ex fide bona.

Quid

Quid estne ulla actio in qua non fides bona dominetur? Nulla uerum illud scire reportet, interdum certa ac definita summa peti posse: ueluti in actione ex custo, Aio te mihi centum dare oportere. interdum peti non posse, sed hoc tantum, Quicquid bona fidei ratio & aequitas postulare videbitur.

Quid tum postea? Quoniam in illis spacio de certa illa summa fiebat, & ad illam summam ita iudex astrictus erat, ut neque pluris, neque minoris damnare reum posset: (adeo ut si actor uiginti postulasset, cum ei unde uiginti tantum deberetur, cogeretur iudex reum absoluere) actiones ille stricti iudicij appellatae sunt: at quia in his nihil certi petebat, sed hoc tantum quod bona fidei ratio suadebat, bona fidei dicta sunt.

Quin tu mihi igitur aliquot differentias exponis? Prima haec est, quod in illis ita certa definita quam summa petatur, ut si plus te truncio uno petitum sit, condemnatio parata sit: in his certa summa nulla nominatur, sed prudenter iudicis committitur, quantum alterum alteri dare facere oporteat.

Quae est secunda? In his semper iuris quae-

quæstio uertit, facti uero nunq;: in illis & facti & Iuris. nam si facti quæstio in illis esset, spōlio necessariò fieret, ac proinde certa summa in iudicio uerteretur.

Quæ est tertia? In actionib. bonæ fidei, nō tam quid in cōtrahendo dictum ac pronuntiatū sit, spectatur: quām quid officij, siue bonæ fidei ratio ab utroq; postulet: in alijs uero id unum quod lingua nuncupatum est, exquiritur.

Quæ est quarta? In illis licet cōpensationis rationem habere, in his non licet. nam in illis iudex statuit, quid alterū alteri, id est tam actorē reo, quām hūc illi dare facere oporteat: in his, quid solus reus actori debeat. Itaq; si plus actor petiisset, quantumuis exiguū id fuisset, caussa cōdebat: nisi forte minori ætatis imprudētia, aut maiori iusto aliquo errore lapsō Prætor actionem restitueret.

Quot modis plus petit? Quatuor. re, tempore, loco, & caussa. Aut enim res alia petitur, quām quæ debetur, aut eadē: sed alio uel tempore, uel loco, uel modo.

Quomodo plus petitur re? Veluti si quis uiginti peteret, cui undeuiginti tan-

n tum

tum deberentur: uel assēm peteret, cui se mis deberetur tantum.

Quomodo plus petitur tempore? Ve luti si quis id quod sibi in diē aut sub cōditione debetur, ante diei aut conditio- nis euentum petat. Nam dies solutionis, sicuti summa, pars est obligationis. Itaq; qui tardius quam debuerat soluit, minus soluere intelligitur.

Quomodo plus petit loco? Cū quis quod certo loco dari stipulatus est, id in alio petit. nā utilitatē quā haberet pmissor, si cōstituto loco solueret, ei adimit.

Quomodo cauſſa plus petit? Cū quis id quod sub alternatione, ueluti Dauū aut decem: uel in genere, ueluti uinū stipulatus erat, id postea uel pure, uel in spēcie postulet: ueluti si ille præcise Dauū, hic præcise uinum Campanū pētat.

Quid uerò si in genere uinum stipula- tus, id quod uilissimū est petat? Nihilo- minus pluspetere intelligit: quia pluspe- tere, non tantum est id, quod cōmuni æ- stimatione pluris est petere: sed quo cūq; modo plus detrahere, quam debeatur.

An' ne igit̄ hoc quoq; tempore hæc se ueritas

ueritas obseruatur: Non. qui enim tempore plus petijt, Zenonis Imperatoris lege & sumptus litis amittit, & inducias debitorum duplicare cogitur. At qui re, loco, caussa plus petijt, iustiniāni lege damnū per sportulas, id est uiatorum mercedem illatum triplo compensat.

Quid uero si quis uel minus, uel aliud per errorem petierit: Zenonis lege possit eodem iudicio cognitum errorem ita corrigeri, ut idem iudex non ex actionis uerbis, se ex eo quod comprobatum fuerit, sententiam pronuntiet.

Video ista: sed uelim mihi respondeas, quamobrem quorūdā dūt̄ taxat cōtractuū uis illa sit, ut bona fidei actionē habeātur. Eorum contractuū hæc uis propria est, qui ultro citroq; obligationē pariūt, qui Græco uocabulo οὐραλλέγματα dicūtur. Nam cùm in his altera alteri obliget, ère utriusq; est, ut bona fides ex utriusq; parte in illo negotio dominet, neq; tā quid lingua nūcupatum fuerit, quām quid æqui boni q; ratio postulet, spectatur.

Qui sunt eiusmodi cōtractus: Emptiōnis, locatiōis, societatis, mādati, depositi,

cōmodati, pignoris. itē innominati contractus: præterea quasi contractus, negotiorum gestorum, & tutelæ, familiæ erci scundæ, & communi diuidendo.

Quid: in mutuo & stipulatione quid iuris est: In his, ut uides, unus solus obligat, alter solus obligatur: ob eamq; causam minus ei qui obligat, fauetur, quam si uicissim obligaretur, neq; quicquam omnino ei præter id qd nominatim lingua nuncuparit, conceditur. cū enim solus obligaret, satis otij ac facultatis habuit, ad cautionē atq; obligationē suam affabré arbitrio suo coagmentandam.

De arbitrarijs actionib.

Agè, nūc uideamus quæ sint actiones arbitrariæ: Sunt eæ, in quibus nō restrictè certū quid postulatur, sed id tantum quod æquius melius iudici uidebitur, qui ppter ea uerius arbiter dicetur: quippe qui totius rei arbitrium ac facultatem habeat. unde etiam nomen iste actiones inuenerunt.

Quid: non' ne eandē bona fidei actionū rationē esse dicebas: Dicebā equidē: & omnino sic se res habet, ut illæ quoq; arbis

arbitrarię dicit uerè possint. Verū distinguēdi cauſſa, ut ſuo quęq; nomine res ap-
pelleſt, Iurifcōſulti generale nomen ad al-
teram hanc ſpeciem accommodarunt.

Quot ſunt arbitrariarū ſpecies? Ego
duas obſeruo. unam in qua duplex quo-
dammodo ſententia pronuntiatur, & an-
te ſecundam in lītem iuratur: alteram in
qua & una ſententia profertur, nec in lī-
tem iuratur.

Nūc mihi ſingularū naturā explicato.
Quot ſunt prioris ſpeciei proprietates?
Tres, quarū prima eſt hæc, quod non pri-
us licet iudici reū damnare, quām eū iuſ-
ſerit ex bono & æquo alteri ſatisfacere:
hiſ ferē uerbis: Arbitror debere te aduer-
ſario hac ratione ſatisfacere. Vnde intel-
ligi debet, duas quodammodo ſentētias
in iſtis iudicijs pronuntiari: quarum alte-
ra Iuſſus, ſiue Arbitrium, altera ſuo nomi-
ne Sententia appellatur.

Quæ eſt ſecūda? **Quod** earū formulæ
à Prætore ita concipiunt, ut hanc ſen-
tiam addat, Neq; ea res arbitrio iudicis reſtituatur.

Quæ eſt tertia? **Vt** ſi reus arbitrio iu-
dicis parere noluerit, tum iudex actori

iūsiurandū in lītem deferat: id est, iubeat
illūm iūrare, quāti lītem æstīmet, ut reū
non modō tanti dāmnet, quāti ea res est,
sed etiam quāti actor æstīmāuerit: nīmī
rum puniēndæ contumaciæ caūssā.

Profer aliquid exemplū: Exemplum
habes in omnib. rei uindicationib. Itaq;̄
Cicero Verrina 1111. earū hanc formu-
lam ostendit. Si pateret fundum quo de-
agitur, actoris esse, neq;̄ is fundus ei resti-
quatur, tum reus dāmnetur.

Profer itē aliud: Hoc sumi poterit ex
actione de eo quod metus caūssa gestū
erit, uel de dolo malo, cuius hæc fuit for-
mula: Si pateret Antōniū dolo malo fal-
sis ponderibus usum esse, quo Mæuius
fraudaret, neq;̄ arbitrio iudicis Mæuius
satisfaciat, tum quāti Mæuius in lītem
iurauerit, tanti dāmnetur.

Redeamus ad alterā arbitrariarū spe-
ciē, eiusq;̄ mihi exemplū ede: Cōmemo-
ratur uulgo actio de eo quod certo loco
promissum, alio loco postulat: nā in eius
formula certa quidē summā nominatur,
sed tamē arbitrio, prudētiæq;̄ iudicis per-
mittit, ut tāti lītem æstīmet, quantum æ-
quiū

quibus & melius illi fore videbitur.

Quæ fuit etiis formula? Si pateret Nigidium stipulanti Numerio spopodisse se centum tritici modios Capuae daturū, neq; is actori satisfaciat, tum quāti eares hoc loco ex bono & æquo esse videbitur, tanti damnetur.

Agelis, videamus quid inter bonæ fidei & arbitrariorum actiones, tum similitudinis, tum differentiæ sit? Ego tribus in reb. eas inter se simillimas reperio, quoniam in utrisq; liberum est iudicis arbitrium, in utrisq; in lité iuratur, in neutrī sponsio fieri solet.

Quot sunt differentiæ? Tres, quarum prima hæc est, quod in illis ea potestas in circa iudicii permittitur, quoniā æquè utriusq; cōtrahentis interest, quippe cū alter alteri obligatus sit. At lites arbitriæ, aut ex posselliōe, aut ex obligatione unius tantū nascuntur, ut illa iudicis potestas æquè utriq; conducere non possit.

Quæ est secunda? Quod in illarum formula, ex bona fide: in harum, Neq; res, &c. interponi soleret.

Quæ est tertia? Ille in personā tantum
n 4 repe-

reperiunt: hæ uerò & in rē & in personā.

Nunc quidā supereft scrupulus, quem mihi uelim eximas: quaero enim an omnes actiōes quib. incertū quid postulaēt, nimirū illud tñ quod æquū & bonū iudi ci uidebitur, arbitrariæ dicendæ sint: E quidem opinor eas tantū arbitrarias dici, quæ cùm rei persecutoriæ sint, tū officio iudicis dissoluendi iudicij potestatē permittūt: ceteras uerò, quæ cùm ultionis & persequendæ pœnæ cauſſa cōparatæ sint, eam potestatē iudicii nō faciunt, hoc nomine appellari non posse.

Quarta diuīſio act.

QVænam est quarta actionū diuīſio? Ea bipartita est: nam aliae solidum semper, id est id totum quod debetur, aliae non semper solidum, sed interdū partem duntaxat exigunt: uerum si has noris, illas noueris.

Profer igitur mihi aliquod exemplū. Eiusmodi est actio de dote, quæ diuortio facto mulieri ad dotem exigendā aduersus maritū dabatur, & maritū in id tantū quod facere posset, dānabat. quippe cū eius ratio habenda sit, ne egeat.

Cedo

Cedo item aliud exemplū: Eiusdem generis sunt omnes illę, quę aduersus parentem, patronū, sociū, & eum qui quid donauit, conceduntur: nam illi in id tantum quod facere possunt, dānantur: item actio in debitorē qui bonis cessit, & postea mediocres fortunas adeptus est.

Quænam est quinta actionū diuisio? Ea bipartita est. nam aliæ perpetuæ, aliæ temporales dicuntur.

De perpetuis & temp. act.

QVÆ sunt perpetuæ? Quæ olim nullo temporis spatio terminabantur, cuiusmodi erant omnes ciuiles actiones id est quæ ex legibus, Senatus consultis, aut constitutionibus nascuntur.

Quid nunc Iuris est? Imperatorū instituto in rem actiones decē aut uiginti terminātur annis, personales uero triginta.

Quid? etiā ne post actoris rei' ue mortem & hæredibus illius, & in hæredes huius dabuntur? Poenales ex delictis actiones hæredibus quidem (excepto tamen iniuriarū iudicio) at non in hæredes (nisi forte cōtestata lis à defuncto fuerit) cōcedunt: quin ne ex defuncti quidē frau-

n s dulento

dulento cōtractu, nīsi sī quid ad hāredē
peruenerit, in eum actio permittitur.

Quæ sunt temporales? Plereq; actio-
nes Prætoriæ: quia cūm Prætoris edictū
esset annum, actio à Prætore instituta
in posteriorem annum progredi nō po-
terat. furti tamen manifesti perpetua à
Prætore actio instituta est.

De obligationib. filiorumfa. & seruorum.

HActenus de obligationibus eorū
qui sui iuris sunt, & actionib. quæ
ex ijs nascuntur, differisti. Nunc quid de
filiorumfa. & seruorū obligationib. con-
stitutū sit, audire cupio. Ex utrorumq;
tum contractib. tum delictis obligatio-
nes quidem nascuntur, sed ex seruorum
facto actiones semper in dominos: ex fi-
liorum plerunq; in patres dantur.

Quid ita? Quia serui ex contracti-
bus non obligantur, cum obligatio iu-
ris sit ciuilis: filijfa. autem omnib. ex caus-
is tanquam patresfa. obligantur: & ob-
id agi cum ijs, tanquam cum patribusfa.
potest.

Primum igitur de obligationibus, &
actionib. quæ ex seruorū ac filiorumfa.
contra-

contractibus nascuntur, uideamus. Rēstē admones. Sed ne nimium multa permisceantur, melius erit de solis seruis agere: & quae de his dicuntur, de filiis quoque familias dicta intelligere: modō S. C. Macedonianum excipiāmus.

Quod fuit S. C. Macedonianū? Ne de pecunia filiofam. credita, uel in ipsius patrē, uel in ipsum, etiā sui Iuris factum, Ius diceretur. magnitudo enim eris alieni parentibus uitæ periculum crebat.

Quænam huius loci summa diuisio est? Ea bipartita est: Aut enim serui dominis scientibus negotiantur, aut ignorantibus: & utriusq; casus uariæ ac dissimiles actiones institutæ sunt.

Quot actiones ex negotijs seruorum dominorum consensu gestis, nascuntur? Quatuor. Quod iussu, exercitoria, institoria, tributoria.

Quæ est actio quod iussu? Quæ aduersus eum datur, cuius seruus cum aliquo contraxit, ut ipse in solidum, quanti ea res est damnetur. nam qui cum seruo iussu domini cōtrahit, non serui, sed ipsius domini fidem se qui uidetur.

Quæ

Quæ fuit eius formula? Si pateret Octauium Septimiū iussu Syro Septimiū ipsius seruo, centum aureos credidisse, neque Septimius Octauio satisfaciat, tum Septimius damnetur.

Quæ est actio exercitoria? Quæ in exercitorem, qui seruum nauī præposuit de eo quod cum eo seruo illius rei caussa gestum fuerit, in solidum conceditur. Is enim ad quem quotidianus nauis quæstus redit, Exercitor dicitur: & moris erat, ut seruum ei rei præficerent, quem Magistrum appellabant.

Quæ est eius formula? Si pateret Valerium Blepharoni, quē Aurelius ei nauī quam exercet, magistrum præfecerat centum aureos eius rei caussa cui præfetus erat, credidisse, neq; Aurelius Valerio satisfaciat, tum Aurelius damnetur.

Quæ est institoria? Quæ in eum, qui seruum institorē tabernæ præfecit, ex eo quod cum eo seruo eius rei caussa gestū erit, in solidum conceditur. Est autem institor, qui negotiationi alicui præficitur: quod negotio gerendo instet.

Quænam est formula? Si pateret M^egium

uiū aureos uiginti Pamphilo Titij institori, eius rei gratia cui præpositus fuerat credidisse: neq; Titius Mæuio satisfaciat, tum Titius damnetur.

Quæ est tributoria? Quæ in dominū datur, quo sciente unā cum seruo in merce peculiari cōtractum est, nisi res æquabiliter inter creditores partitus sit: nimirum ut alia tributio fiat.

Quænā merx peculiaris dicit? In qua seruus suo nomine dñi cōsensu ita negotiat, ut eius quæstus ad ipsum pertineat.

Quæ est eius formula? Si pateret Mæuiū peculiares serui sui Daui merces ex edicto nō distribuissē, tū quāto minus tributū sit quam debuerit, tanti damnetur.

Quænam actiones ex negotijs seruorum sine dominorū consensu gestis, nascentur? De in rem uerso, & de peculio.

Quæ est actio de in rem uerso? Quæ datur in dominum sine cuius uoluntate eruus contraxit, ut quod in rem ipsius uersum est, solidum præstet: reliquum ex peculij uiribus dissoluat.

Quid dicitur in rem domini uersum?

Quodcunq; domini facultates aliqua
ex

ex parte amplificauit, dummodo necessarius sumptus ille fuerit.

Quænā est formula? Si patetet Mæuim Eroti Maniliū seruo centum credisse, tū Manilius ei quatenus & in rem eius uersum, & in Erotis peculio esse cōstabit, præstare damnetur.

Quæ est actio de peculio? Quæ aduersus patrē dñm' ue ex filij serui' ue contractū, quatenus in peculio est, cōcedit.

Quoniā quid sit peculium iam pridem docuisti, quæro quatenus in peculio esse uideatur? In peculio id demum numeratur, quod cōductis ijs, quæ domino familiæ ue debentur, supereſt.

Ecquænam ipsius fuit formula? Si patetet Aurelium L. Cælio L. F. centū aucteos credidisse, tum L. pater, quātum ex filij peculio ferre poterit, damnetur.

De noxalibus actionibus.

Quoniam de contractib. seruorū & filiorū delicta dixisti, proximū est ut de illo delictis explices. Primū illud scire oportet, eorum delicta uetus uerbo Noxas appellari: eoq; actionē quæ propterea conceditur, Noxalem dici.

Et

Et quænam noxalis actionis natura est? Ut dñs ea damnatus, uel litis æstimationē, id est damnū datū persoluat, uel, si uolet, seruum ipsum noxæ dedat.

Quid est noxæ dedere? Vetus est locutio, & præcisa, pro Noxæ nomine dedere. nam seruī noxæ dediti dominium, statim ab ipso dño in actorem transfert: tametsi si seruus satisfacere actori possit, à Prætore inuito dño manumittatur.

Quæ fuit eius formula? Si pateret Erotem Octauij seruum noxam Septimio nocuisse, tum aut quanti ea res erit, tatum Octauium Septimio soluere, aut Erotem ei noxæ dedere damnato.

Quid uerò si post admissam noxā, uel dominus mutetur, uel seruus manumittatur? Regula est à maiorib. quasi proverbij loco, tradita, Noxa caput sequit: cuius ea uis est, ut si dominus mutetur, semper in nouum: si seruus manumittatur, in ipsummet actio noxalis detur.

Quid? Etiā' ne ex filiorūfa. noxīs hæc actio dabatur? Olim etiā ob filiosfa. in stituta fuit, sed postea cōstitutū est, ut ex ipsorum delictis in ipsos solos actiones darentur.

De

De pauperie quadrupedum.

Dixisti de damnis quæ tum à liberis,
tum à seruis datur. Sed quid si à be-
stis quæ alicuius in dominio sunt, dam-
num datum fuerit? Hoc damnum anti-
quo uocabulo Pauperiem appellamus.
est autem distinguendum, utrum à man-
suetis, an à feris datum sit.

Quid si à māsuetis datum est? Veluti
si equus calcitrosus calce percusserit, aut
bos cornu petere solitus petierit? Lege
xii. tabul. cautum fuit, ut quadrupedis
nomine, quæ pauperē fecerit, actio quo
que noxalis esset.

Quid si sit à feris datum? Ædiliū edi-
cto cautum est, ut ob uulnus homīni li-
bero à tera bestia illatum, actio in bonū
& æquū detur, ob cetera dāna in duplū.

Quid sequitur nunc? Ut exponamus
per quas personas agere liceat. Olim igi-
tur agi alieno nomine non licebat, nisi
pro populo, pro libertate, & pro tutela.
sed postea institutū est, ut agere per pro-
curatores liceret.

Quis est procurator? Cicero in ea
pro Cæcina sic definit: Procurator est, o-
mnium

mnium rerum eius qui in Italia nō sit, ab
sit' ue Reipub. caussa, quasi quidā penē
dominus, id est alieni Iuris uicarius.

Quomodo procurator cōstituit: Qui
busuis aptis & idoneis uerbis, ignorāte
etīā aduersario, cōstitui procurator pōt.

De exceptionibus.

HAec tenus de iudicijs pure cōstitutis
satis explicasti: nūc tempus esse ar-
bitror, ut ad ea quæ coniunctè concipiē
ban̄, transeamus. Iudicia cōiunctè cōsti-
tueban̄, cùm aliquid uel ad rei defensio-
nem, uel ad actionis firmamentū adiun-
gebatur. id quod cum exceptione, aut
cum replicatione dicere solemus.

Quid est exceptio? Est ea rei defen-
sio, quæ non omnem actoris intentio-
nem excludit, sed eius partem duntaxat:
Itaq; hac formula concipi solebat, Extra
quam, uel Nisi si, uel Si non.

Ecquonam id modo? Intelligendum
est exceptiones earum duntaxat rerum
dari solitas, quæ facti sunt, nō Iuris: id est
quæ actionē ipso Iure non extinguerēt,
quippe quæ non erant à Iure ciuili insi-
tutæ ad actiones tollendas & perimen-

o das

das, aliarum uero non dari.

Cedo mihi aliquod exemplum: Veluti solutio & acceptilatio: modi sunt (ut superius diximus) à Iure ciuili ad actiones obligationesq; perimendas instituti. quare si actore iudiciū postulan-
te, reus defenderet, uel se soluisse, uel si-
bi accepto latū esse, Prætor ipse cognoscet: quoniam illis modis obligatio et
actio ipso iure ac sine iudicio dissoluuntur.

Quid si eius rei defensio proponeret, quæ ad extinguedam actionē cōparata nō esset: Tū Prætor iudiciū dabat cum exceptione: ut iudex de ea cognosceret.

Cedo exēplum: Veluti Ius ciuile nō instituit modū tollēdāe obligationis per pactū nudū: ut si actor pactus est, se non petiturū: & tñ si cōstaret esse factū, Prætor actionē nō daret. nūc quia non constat, actionē dabit cum exceptione, Extra quam si pactum fuit, ne peteretur.

Quæ sunt exceptionū genera? Duo. nam aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales atq; dilatoriæ appellantur.

Quæ sunt perpetuæ & peremptoriæ? Quæ & obijci semper possunt, quippe quæ

quæ nec ullo temporis spacio, nec rei ulius mutatione amittuntur; & semel obiectæ ita extingunt obligationem, ut ea repeti postea non possit. cuiusmodi est de dolo; de metu, de pacto, de iure iurando.

Quæ sunt temporales & dilatoriæ? Quæ & ad tempus tantum obiecti possunt, & obiectæ actionem tantum differunt, atque aliud in tempus referunt. Verum hoc sine exemplorum appositione difficultius intelligetur.

Profer igitur exemplum; ac primum in doli metu ue exceptione. Hæc exceptio propterea instituta est, quia Iure ciuili actio etiam aduersus eum qui dolo metu ue obligatus est, conceditur, nisi forte aut pupillus aut adolescens fuerit. unde illud antiquum natum est, Summum lus summa iniuria est. Verum inuenta à Prætoribus quædam remedia sunt, quibus illa acerbitas corrigeretur.

Quomodo? Quia si arbitrii petebatur (id quod in bona fidei contractibus fiebat) Prætor auream illam formulam de bona fide adhibens, potestatem arbitrio permittebat, dolum oem vindicare,

si iudiciū, exceptionē addebat: *Extra quā si ita negotium gestum est, ut eo stari nō oporteat ex fide bona, uel, si in ea re nihil metus caussa factum est.*

Quæ est pacti conuenti exceptio?
 Cum actore debitum petēte, reus defendit pactum conuentum esse ne peteret: & hanc exceptionem postulat, *Extra quam si pactum conuentum sit, ne ea pecunia peteretur.*

Quæ est iuris iurandi exceptio? Cum creditor, poste aquam ipso deferente ad uersarius iurauit se non debere, tamen actionem postulat: reus potest exceptionem petere, *Extra quam si reus actore deferente iurauerit se non debere.*

Nunc temporalium actionum exempla expecto. Huiusmodi est exceptio pacti conuenti, si conuenerit ne intra certum tempus peteretur. nam finito eo tempore postulari actio iterum à creditore potest.

Profer item aliud: Veluti si quis neget eum, qui alieno nomine agit, procuratorem esse, aut esse posse, ueluti si miles sit, aut mulier.

De

Dereplicationibus.

Quid est replicatio? Est firmamen tum quoddam actionis, aduersus exceptionem institutum: quod hac formula concipiebatur, *Aut si.*

Cedo exemplum. Veluti si pactus ne peteret, postea pactus esset ut peteret: tum enim iudicium sic constituetur, Si pateret Mævium Titio stipulantí centum spopondisse, *Si non* Titius pactus sit ne peteret, *Aut si* postea pactus sit ut peteret, tum Mævium damnato.

An his tantum adiectionibus coniuncte iudicium constituitur? Imo & duplicationes, & triplicationes, & aliarum defensionum multiplicationes quantumuis multas licet addere.

Quoniam super ius tripartitam actionum disputationem esse dixisti, & hactenus de litigatorum ac Prætorum officio differuisti, nunc supereft ut de iudicis officio non nihil exponas.

De officio iudicis.

Primum iudicis officium est, cuiuscumque actionis in pronuncianda sententia naturam considerare, ut sententiam se-

o 3 cundum

Quomodo? Quia si stricti iudicij actio est, ad certam summā ac formulam adstrictus est, ut superius diximus: si uero bonae fidei, liberam ex æquo & bono iudicandi potestatem habet.

Cedo aliud exemplum: Veluti in noxalibus iudicij, actionis naturæ accommodare sententiam debebit, & sic pronuntiare: P. Mævium L. Titio in decem aureos condemnno, aut noxæ dedere.

Et in rerum uindicationibus, quid luriſſ? In uindicationibus, si contra petitorem iudicet, debet possessorem absolvere: si hunc condemnet, iubere eum debet, rem unā cum fructib. restituere, aut si de litis æstimatione satisdans, spatium postulet, id illi permettere.

Quid si hæreditas petita sit: Iubere debet malæ quidem fidei possessorem, rem cum ijs quos & percepit & percipere potuit fructibus, restituere. at possessorem bonæ fidei, à tempore litis contestata tantum.

Quid si familiæ erciscundæ actum sit: Debebit singulis res singulas adjudicare,

re, & cui meliorem attribuerit, quiūe solus fructus perceperit, aut corruperit, cōsumpseritūe, eum cohæredi certa pecunia condemnare poterit.

Quid si communi diuidendo? Tum si res plures diuidendæ sunt, id quod modò diximus, obseruatur. Sin una, partes adiudicandæ sunt: & qui meliorem abstulerit, certam in pecuniam alteri damnandus est. At si diuidi nequeat, tota uni qui ei similiter damnetur, adiudicanda est.

Quid si finium regundorum? Tum si fines melius distinguendi sint, adiudicatione uti, & inuicem certam alteri pecuniam attribuere debebit.

F I N I S.

BASILEAE, APVD NICOLAUM Episcopium Iuniorem,
M. D. LX.



EPI^ISCOP.



Ob. 6. 4. 3327